UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00362209 9

FONTES RERUM AUSTRIACARUM.

ŒSTERREICHISCHE GESCHICHTS-QUELLEN.

HERAUSGEGEBEN

VON DER

HISTORISCHEN COMMISSION

DER

KAISERLICHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN IN WIEN.

ZWEITE ABTHEILUNG.

DIPLOMATARIA ET ACTA.

XXXIV. BAND.

URKUNDENBUCH DES AUGUSTINER CHORHERREN-STIFTES NEUSTIFT IN TIROL.

WIEN, 1871.

IN COMMISSION BEI KARL GEROLD'S SOHN

BUCHHÄNDLER DER KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN

URKUNDENBUCH

DES

AUGUSTINER CHORHERREN-STIFTES

NEUSTIFT

IN TIROL.

HERAUSGEGEBEN VON

THEODOR MAIRHOFER

CHORHERR VON NEUSTIFT UND PROFESSOR IN BRIXEN.

42841
98

WIEN, 1871.

IN COMMISSION BEI KARL GEROLD'S SOHN

BUCHHÄNDLER DER KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN.

DB
3
F683
Bd. 34-35

VORREDE.

Da der Werth solcher Sammlungen von Urkunden, wie sie der vorliegende *Codex diplomaticus* des im Jahre 1142 gegründeten *Chorherren-Stiftes Neustift in Tirol* enthält, lange schon allgemein anerkannt ist, bleibt mir nur übrig, die Quellen anzugeben, aus denen er geschöpft ist. Diese sind: *Liber Testamentorum, Liber Donationum, Registratura*, die man zum Unterschiede von einer neuern gewöhnlich die alte (vetus) nennt, und *Liber literarum domus infirmariae.*

Die Entstehung des *Liber testamentorum* fällt in das Jahr 1170, da eine Urkunde im Neustiftischen Archive sagt: „Anno sexto post obitum (1164) Hartmanni, episcopi brixinensis, Liber Testamentorum monasterii hujus conscribi coeptus est.“ Dieses Buch enthält auf 57 Pergamentblättern in Kleinfolio 310 Urkunden. Die siebzehn ersten Blätter sind von der nämlichen Hand zierlich und deutlich geschrieben, bei den folgenden aber lassen sich mehrere Schreiber leicht und klar aus den Schriftzügen unterscheiden.

Philipp Puell, Chorherr von Neustift, ein gründlicher und emsiger Forscher auf dem Gebiete der vaterländischen Geschichte, gab bei jeder Urkunde das Jahr ihrer Ausstellung, wenn dieses im Texte derselben nicht genannt wird, mit solcher Genauigkeit an, dass ich kein Bedenken trug, ihm hierin zu folgen und die von ihm angegebene Jahreszahl der Urkunde vorzusetzen. — Die zweite Quelle unseres *Codex diplomaticus* bildet *Liber donationum* oder *Codex ruber*, von dem rothgefärbten Leder des Einbandes so genannt. Dieses Buch in Quartformat enthält in 196 Urkunden auf 61 Pergamentblättern Privilegien, Tauschverträge, Kauf- und Verkaufbriefe u. a., welche in *Liber Testamentorum* nicht vorkommen. Die vierzig ersten Blätter sind von einer Hand geschrieben, während die folgenden verschiedene Schreiber nachweisen.

Die nämliche spätere Hand, welche jeder Urkunde des *Liber Testamentorum* den Inhalt derselben mit kurzen Worten vorausschickte, that dies auch hier und bezeichnete wie dort die einzelnen Blätter mit rothen, laufenden Ziffern.

Uebrigens ist das Aeussere des Einbandes gleich wie bei *Liber Testamentorum*, die rothe Farbe des ledernen Deckelüberzuges abgerechnet, der mit Messing an den Ecken beschlagen und mit starken Haften versehen die nämlichen gepressten Figuren wie das erste Quellenbuch dieses *Codex diplomaticus* hat, so dass wir annehmen dürfen, es sei *Liber Donationum* um die nämliche Zeit oder höchstens um einige Jahre später als *Liber Testamentorum* angelegt worden.

Reichen Stoff für den vorliegenden *Codex diplomaticus,* liefert *Registratura vetus* in drei starken Foliobänden aus festem Papier mit 1258 Urkunden des verschiedensten Inhaltes, von denen 526 der erste Band auf 403 Blättern, 384 der zweite auf 307 und 348 der dritte Band auf 308 Blättern enthält.

Wenn wir einer Nachricht in den Annalen des Stiftes trauen dürfen, so war es der um das *Kloster Neustift* hochverdiente Chorherr und Kellner (cellarius, cellerarius, claviger, Hausmeister) *Ottager*, welcher um das Jahr 1270—1280 dieses Urkundenbuch anlegte, in welches alle wichtigern Verträge eingetragen wurden, ohne auf die Zeitfolge der Urkunden zu achten, von denen die jüngste die Jahreszahl 1500 trägt. Auch bei diesem Urkundenbuche, in dem man wenigstens zwanzig verschiedene Schreiber aus den Schriftzügen unterscheiden kann, wurden die Blätter von einer späteren Hand beziffert und der Inhalt jeder Urkunde kurz angegeben.

Aus *Liber literarum domus infirmariae* sind nur wenige Urkunden in den *Codex diplomaticus* aufgenommen. Dieses Buch, unter *Probst Ingramm* um das Jahr 1285 angelegt, enthält auf 88 Folioblättern aus starkem Papier ohne Rücksicht auf Chronologie 146 Urkunden, welche sich unmittelbar auf das Krankenhaus und die Verpflegung kränkelnder und dienstunfähiger Chorherren des Stiftes beziehen.

Allen diesen Quellen reiht sich die Sammlung jener Privilegien, Freiheiten —, Schenk- und Gnadenbriefe des Stiftes an, welche von deutschen Kaisern, Päpsten, Fürsten, Grafen von Tirol und besonders von den *Herzogen von Oesterreich* ausgegangen aus Dankbarkeit und Verehrung im Archive des Klosters als *Originalien* sorgfältigst aufbewahrt werden. —

Stift Neustift, am Herz Jesu Feste 1870.

Der Herausgeber.

CODEX

DIPLOMATICUS NEOCELLENSIS.

I.

Anno 1142. — *De institutione fundationis monasterii novecellensis. Pocharn, Punt et Colles, Elves, Srenbach, Serentin.*

Quum omnia, que pro divini cultus amore ad communem salutem et utilitatem fidelium ordinantur, perpetua stabilitate debeant inviolabiliter observari, ut nec successione temporum, nec tergiversacione malignancium, qui bonum publicum ad privatum nituntur trahere commodum, valeant immutari, ea tamen maxime, que pro augmento religionis et apostolice vite in ecclesia domini statuuntur, ab omnibus fidelibus et precipue ab his, quos dominus in specula ecclesie posuit, propensiori cura tueri et uberiori gratia foveri et diligenciori debent sollicitudine promoveri. Nam humani generis inimicus ea maxime turbare et impedire nititur, per que sibi majus incommodum accidere suspicatur. Unde ne vel in oblivionem venire vel eciam in dubium valeant revocari ea, que dominus per ministros suos in primordiis hujus ecclesiae operari dignatus est, quoniam in libro cordis retineri non possunt, cum omnium habere memoriam divinitatis pocius sit quam humanitatis, presentis scripti pagina posteritati nostre transmittimus, ut gratuite bonitati dei referant gracias pro gracia et ut apud eos immortalis sit in benedictione memoria eorum, qui huic operi pietatis opem et operam impenderunt. Cum venerande recordacionis *Hartmannus* episcopus circa inicia sui episcopatus sepius anxiaretur, quod nusquam circa brixinensem civitatem religiosa domus haberetur, hortari coepit *Reginbertum, brixinensis ecclesie ministerialem, sabionensem*

castellanum, ut de mammona iniquitatis sibi faceret amicos et filio suo unico, quem rerum suarum relinquere cupiebat heredem, Christum faceret coheredem, videlicet ut pro recepcione pauperum faceret domum hospitalem. Cumque super hoc verbum predictus *Reginbertus* deliberaret et hoc sibi maxime obstare videretur, quod difficulter tantum patrimonii sui filio suo subtrahere posset, dominus volens aspera facere plana, turbato mortalitatis ordine, filium de hac luce subtraxit. Quod audiens beatus *Hartmannus* intellexit, dominum voti sui cooperatorem existere, et quasi accepta opportunitate diligencius instare coepit, ut semen verbi dei, quod adhuc infirma radice quasi tenera herba pullulabat, usque ad maturam proveheret segetem. Divina itaque inspiracione et beati *Hartmanni* exhortacione ad hoc inductus est predictus *Reginbertus*, ut non tantum hospitalem domum sed et monasterium in honore dei genitricis construere vellet, in quo canonicorum regularium, secundum regulam beati Augustini communi vita vivencium, (ordo?) institueretur. Cumque de loco monasterii diu dubitatum esset, tandem domino preparante certum receptaculum viatoribus, peregrinis, indigenis, alienigenis et omnibus necessitatem patientibus, licet *in loco horrendo et inculto* positum est in capite *omnium platearum*, ut undecumque venientes habeant, ubi caput reclinent. Idem vero *Reginbertus*, quidquid in eo loco, in quo monasterium cum officinis suis nunc situm est, habuit, cum uxore *sua Christina* beate dei genitrici tradidit ad usus fratrum ibi deo serviencium. Si quid vero ibi erat, quod adjacentibus villis et vicinis commune erat, auctoritate beati *Hartmanni* et approbacione *Arnoldi advocati, comitis de Morit, et comitum de Tyrol, Alberti et Perchtoldi*, nec non fidelium et ministerialium brixinensis ecclesie et eorum, qui aliquid juris in eo habebant, communi voluntate penitus ab omni servitute et obnoxietate vel jure communionis exemptum est et gloriose virgini collatum. Preter hec *Reginbertus et uxor ejus dederunt* eidem domui et fratribus ibi servituris decem hobas, in loco, qui dicitur *Pocharn* tres, in loco, qui dicitur *Punit et Colles*, duas, in monte *Elves* unam, apud *Screnpach* duas, in monte *Lajan* unam, in valle *Sarentin* duas. Huic donacioni interfuerunt *canonici majoris ecclesie* et *comites de Tyrol, Albertus et Perchtoldus*, comes *Chunradus et frater ejus Gebehardus*, comes *Bernhardus de Wilheim, Volkmar de Raite, Hartmann de Stainhart, Gotefrit de Anedorf, Pabo de Luterbach;* de ministerialibus

vero aderant, *Walther, Ruprecht et frater ejus Uolscalch, Fridrich et frater ejus Arnolt, Wernher et frater ejus Purchart, Reinpreht, Willehalm, Egeno, Gotescalch, Meginhart, Otaker, Werenhere, Tagino, Lantfrit, Ortolf, Hunpreht, Reinhart* et alii plures. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M. C. XL. II., gubernante romane ecclesie apostolatum *Innocencio*, papa reverendissimo, tenente vero romani imperii principatum *Chuonrado*, rege gloriosissimo. (Lib. testament. fol. 1. 2.)

II.

Anno 1142. — *Rodenesperch, Bach, Lusena, agri quoque et prata in campo brixinensi.*

Beatus quoque *Hartmannus* attendens, quod pie desiderium voluntatis sacerdotalibus est adjuvandum studiis, non passus est, tante pietatis opus sine adjutorio sue liberalitatis procedere, et pro reverencia sancte dei genitricis et augmento religionis tradidit eidem monasterio sub omnibus vere iisdem testibus cum consensu *brixinensis chori* et advocati *comitis Arnoldi* et *ministerialium* mansum unum apud *Rodenesperch*, huobam *apud Bach* et fere dimidiam apud *Lusenam;* agros quoque et prata in campo brixinensi et mancipia, que fuerant beneficium *cujusdam Ingrami*, ut sic cooperator existeret verbo et opere. Idem eciam pater piissimus piam et providam gerens sollicitudinem, ne ea, que ejus exhortacione et auctoritate feliciter iniciata et consummata fuerant, alicujus in posterum possent versucia vel violencia retractari, eandem ecclesiam sue sanctitatis privilegio munivit, per quod fratribus ejusdem ecclesie plenam potestatem libere electionis concessit, videlicet ut liceat eis absque ullius contradictione secundum dei timorem prepositum eligere, qui tamen episcopo presentatus investituram prepositure per manum ipsius accipiat et ei debitam subjectionem et reverenciam fideliter exhibeat. Sed et alia sue largitatis beneficia eidem ecclesie contulit, que inspecto et perlecto eodem privilegio facile est cognoscere; nec tamen hoc contentus fuit, imo ne relinqueretur facultas suis successoribus extenuandi in aliquo vigorem sui privilegii, ipse a domino *papa Innocencio* super his omnibus sue confirmationis privilegium postulavit et impetravit, videlicet ut romane ecclesie auctoritate firmarentur, de cujus auctoritate

omnium ecclesiarum pendet auctoritas. Et ut his, qui letantur in rebus pessimis et exultant, cum male fecerint, ubique maliciei sue aditus excluderetur, postea a domino *Friderico, Romanorum imperatore*, sue imperialis magnificenciae privilegium obtinuit, per quod ipse predictam ecclesiam cum omnibus, que ei ejusdem ecclesie fundator *Reinbertus* dederat, vel beatus *Hartmannus* vel quicumque fidelium, vel quecumque tunc juste possidebat vel postea habitura erit, in suam imperialem tuicionem accepit et his omnibus sue auctoritatis plenissime robur accomodavit. Quicumque igitur predicte ecclesie possessiones mobiles vel immobiles invadere vel jura ejus in aliquo perturbare presumpserit, vel eam in aliquo molestaverit, nisi penituerit et digne satisfecerit, expectet vindictam a domino de injuria genitricis sue; noverit eciam, super se venturum judicium sine misericordia pro eo, quod offendit matrem misericordie; in manus eciam apostolice ulcionis se incidere non ambigat et reum lese imperialis majestatis se cognoscat et *beati Hartmanni* maledictionibus se cum Juda proditore obnoxium esse sciat; pacem autem ejusdem ecclesie diligentibus gratia et pax a domino multiplicetur. (Lib. testament. fol. 2^a et 2^b.)

III.

Anno 1142. — *Puochperg.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod *Hartmannus, brixinensis ecclesie episcopus*, tradidit *sancte Marie* mansum unum *apud Puochperg.* Hujus rei testes sunt: *Perinhart de Wilheim, Regenperht de Sebene, Werenhere de Ouweren, Walthere de Brixina, Lantfrit de Gaizes, Witege, filius Megenhardi de Monte-* (Lib. testament. fol. 3^a.)

IV.

Anno 1142. — *Novale apud Vilandres et decima apud Lacefons.*

Donavit eciam idem prefatus *Hartmannus, brixinensis episcopus*, novale unum *apud Vilandres* et decimam unam *apud Lacefons*, quam habuit dominus *Perenhardus de Wilheim.* Hujus tradicionis testes sunt, qui et supra. (Lib. testament. fol. 3^a.)

V.

Anno 1142. — *Scaleres mons.*

Noverit ecclesia, quod dominus *Reinpertus de Sebene* novale in *monte Scaleres* tradidit *sancte Marie*. Hujus rei testes sunt: *Werenhere de Oweren, Walthere de brixina, Witege de Monte, Pangracius de Albines.* (Lib. testament. fol. 3ª.)

VI.

Anno 1142. — *Predium apud Runo.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod *Hartmannus, brixinensis episcopus*, tradidit *sancte Marie* mansum unum, predium *domini Hezelonis* apud *Runo*, pro remedio anime illius. Hujus testes sunt, qui et supra. (Lib. testament. fol. 3ᵇ.)

VII.

Anno 1142. — *Mansus apud Nouzes et Scoubes; decima apud Fairne.*

Noverit ecclesia, quod *Hartmannus, brixinensis episcopus*, tradidit *sancte Marie* decimam trium mansuum, beneficium domini *Ottonis de Muelepach*, apud *Nouzes et Scoubes*, et decimam, quam habuit dominus *Alberait de Rasine apud Fairne*. Hujus tradicionis testes sunt, qui et supra. (Lib. testament. fol. 3ᵇ.)

VIII.

Anno 1142. — *Predium in Nove.*

Christi fidelibus per omne futurum tempus pateat, quod venerabilis sancte brixinensis ecclesie *episcopus Hartmannus* cuidam nominato ministeriali prememorate ecclesie, nomine *Reginberto de Sebene* aliqua beneficia in *vico Srainbach* contulerat; que cum diu beneficiali jure possedisset, placuit ipsi totum illud beneficium alio predio suo, quod in *Nove* habuit, ad proprietariam possessionem redimere et illud suum constituere. Quam rem cum a domino pretextato episcopo impetrasset, ipsum, quod cambiverat predium, recepit ad beneficium; episcopus autem beneficium, quod huic vivo in *Nove* designaverat, ejusdem *domini Reginberti* rogatu totali parte *sancte Marie* tradidit. Hujus

rei subscripti sunt testes: *Hartmannus de Intichingen, Witigus et frater ejus Walthere, Ingrammus et Etich de Obernunde, Gotschalcus de Sarentin, Engilmarus et Kalhohus de Nouzes,* ipsius *Reginberti milites, Herimannus* et *Ernist, Trageboth et Ruodeger.* (Lib. testament. fol. 3[b], fol. 4[a].)

IX.

Anno 1142. — *Possessiones in Scrainbach et Nove.*

Noverint preterea Christi fideles, quod idem *Regenbertus de Sebene* possessiones, quas habuit *Scrainbach,* et omnes quascumque in *Nove* usquedum hereditarie servaverat, presencialiter, annuente legitima *uxore sua Christina,* pro redemcione anime sue *sancte Marie* tradidit. Hujus rei testes sunt, qui et supra. (Lib. testament. fol. 4[a].)

X.

Anno 1142. — *Possessiones in Monte Scalris.*

Noverint Christi fideles, quod quidam clericus, nomine *Arnoldus,* brixinensis ecclesie canonicus *couterino fratri suo, domino Reginberto,* duas possessiones in monte, qui dicitur *Scalris,* positas, ea condicione tradidit, ut postea ipsas delegaret, quocumque utriusque bone voluntatis intencio suaderet. Placuit igitur *domino Reginberto,* fratre suo prememorato obeunte, pro redempcione anime sue, *Ortolfo clerico, ejusdem Arnoldi filio,* consenciente, *sancte Marie ecclesie* predictas possessiones in hunc modum tradere, ut hic adolescens *Ortolfus,* quoad viveret, statutum censum persolveret et post vitam ipsius prefata ecclesia perpetualiter possideret. Hujus rei testes sunt: *Werenherus de Oweren* et miles ejus *Chunradus, Haugo de Lazevons,* idem *Reginbertus de Sebene, Gerhardus et Herminrich.* (Lib. testament. fol. 4[a].)

XI.

Anno 1142. — *Predia Sigeharteshoven et dimidius mansus Patsi.*

Sciant preterea Christi fideles, quod quidam *Heinricus, agnomine Varle,* quecunque habuit predia *Sigharteshoven* et dimi-

dium mansum *Patsi*, ea domino *Reginberto* tradidit. Placuit autem postea *domino Reginberto*, ea prenotata predia *sancte Marie ecclesie* pro remedio anime sue conferre, que post vitam *ipsius Heinrici* debuerat possedisse; sed quod *sancte Marie ecclesie* pretaxatas possessiones utriusque assensus et manus tradidit, testes sunt, qui et supra. (Lib. testament. fol. 4^{b}.)

XII.

Anno 1142. — *Ager cum vinea, quam colit Adelhardus, dimidius mansus Varne, duo predia in monte Scalres et vinea apud Bozanum in loco, qui dicitur Truige.*

Christi fideles memoriter recolant, quod in die, qua consecracione honorata est hujus ecclesie structura, fundatores ejusdem dominus *Regenbertus ac uxor ipsius, domina Christina*, non dispari devocione hec loca prediorum cum tribus mancipiis *sancte Marie ecclesie* ad augmentanda deo illic militancium victualia pro remedio anime sue ac parentum suorum delegaverunt: agrum cum vinea, quam colit *Adelhardus*, et dimidium mansum *Varne* ac duo predia in monte *Scalres* ac vineam apud *Bauzanum* in loco, qui dicitur *Truige*. Hujus rei sunt testes: *Werenherus de Oweren, Willehalmus de Velturns, Gotescalcus de Castelrut, Megenhardus de Monte* et *filius suus Witego, Werenherus de Velles* et ceteri quam plures, quos christiana devocio adgregaverat. (Lib. testament. fol. 5^{b}.)

XIII.

Anno 1142. — *Predia et familia in monte Scalres.*

Veritatis assertores sciant, quod dominus *Regenbertus de Sebene* et *uxor ejus Christina*, spiritus sancti jussu admoniti, *sancte Marie ecclesie* cuncta predia tradiderunt et familiam, que in monte *Scalres* possederunt. Hujus rei subscripti sunt testes: *Fridericus de Rodenchen, Engelmarus et Eberwinus de Nouces, Kadelhohus et Rapoto de Brichsen, Ermericus*, miles, *Richerus et Heinricus Pudernel*. (Lib. testament. fol. 5^{b}.)

XIV.

Anno 1143. — *Bulla Innocentii II. pape pro confirmatione ordinis, electione prepositi, tuitione possessionum et libera sepultura habenda.*

Innocencius, episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, *Heinrico, preposito* ecclesie, que dicitur *ad sancte Marie gracias*,

ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum. Desiderium, quod ad religionis propositum et animarum salutem pertinere monstratur, animo nos decet libenti concedere et petencium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter, dilecti in domino filii, venerabilis fratris nostri *Hartmanni*, brixinensis episcopi, precibus inclinati prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus; in primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conservetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presenciarum juste et canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis justis modis deo propicio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino clericus vel laicus decimas a vobis exigere presumat. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci preposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surrepcionis astucia vel violencia preponatur, sed liceat vobis communi consilio secundum dei timorem et beati Augustini regulam absque ullius contradictione prepositum vobis eligere. Prohibemus quoque, ut ipsius loci advocaciam nullus invadere vel usurpare presumat, nisi quem prepositus et fratres secundum deum sibi et eidem loco utilem esse prospexerint. Sepulturam uero ipsius loci liberam essę concedimus, ut quicumque illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva justicia matricis ecclesie. Decernimus quoque, ut nulli hominum liceat, prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere aut aliquibus vexacionibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernacione et sustentacione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva episcopi brixinensis justicia. Si qua in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini re-

demptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultcioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego *Innocencius, Katholice ecclesie episcopus.*

Ego *Stephanus, prenestinus episcopus.* Ego *Bubaldus, dyaconus cardinalis* sancte Marie in via lata.

Datum *Later.* per manum *Gerardi, sancte romane ecclesie presbyteri cardinalis* ac *Bibliothecarii,* V. Idus Aprilis, Ind. VI., incarnacionis dominice anno M. C XL. III. pontificatus vero dom. Innocencii II. PP. anno XIIII. (Originale in archiv. Neustift; apographum in Registr. vet. fol. 3^{b}.)

XV.

Anno 1144. — *Curtis apud Olagen.*

Noverint tam presentes quam futuri, quod *Hartmannus, brixinensis episcopus,* tradidit *sancte Marie* curtim unam *apud Olagen,* beneficium *Wolftrigilonis.* Hujus tradicionis testes sunt: *Berenhardus de Wilheim, Regenbertus de Sebene, Willehalm de Velturns, Wodelscah de Stilves, Otacher de Monte, Werenhere de Albines.* (Lib. testament. fol. 3^{b}.)

XVI.

Anno 1144. — *Vundenates, locus in Nevis.*

Christi fideles noverint, quod *episcopus Hartmannus* locum, qui dicitur *Vundenates in Nevis,* pro remedio anime sue *sancte Marie ecclesie* tradidit. Hujus rei sunt testes: *Perenhardus de Wilheim, Werenherus de Oweren, Witego de Monte, Hartmannus de Intichingen, Sigelochus.* (Lib. testament. fol. 5^{b}.)

XVII.

Anno 1145. — *Waltherus nomine tradit Plaichen.*

Quidam *ministerialis de Brixina,* nomine *Waltherus* tradidit quoddam predium *in Plaichen* pro remedio anime sue et parentum suorum ita, ut post mortem suam primum in possessionem *prefate ecclesie* transiret. Testes qui et supra. (Lib. testament. fol. 2^{b}.)

XVIII.

Anno 1145. — *Lusine.*

Eodem die sub hiisdem testibus tradidit *Werenherus de Velles predicte ecclesie* pro remedio anime sue predium, quod habuit *Lusine*, scilicet mansum unum et duo novalia. Hujus tradicionis testes sunt, qui et superius. (Lib. testament. fol. 2ª.)

XIX.

Anno 1145. — *Zimian.*

Noverit ecclesia, quod quidam ministerialis, nomine *Waltherus de Brixina*, delegavit super altare *sancte Marie in Novacella* predium quod habuit *Zimian*, pro remedio anime sue et ut *filia sua Elisabet* sub regula beati Augustini communem vitam duceret; et quidquid in predicto loco in vineis et agris habuit, filie sue et predicte ecclesie contulit. Hujus rei testes sunt: *comes Albertus et frater ejus comes Perchtoldus de Tirol, Reinpertus de Sebene, Rupertus de Stilves, Fridericus et frater ejus Arnolt de Rodenchen, Dietmar Gebure, Werenherus et fratres ejus Purchart et Regenbreht, Otacher et Megenhardus de Monte.* (Lib. testament. fol. 3ª.)

XX.

Anno 1145. — *Vilanders.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter quidam ministerialis *Pernoldus de Brixina* tradidit *sancte Marie* predium, quod habuit *Vilandris*, per manum episcopi *Hartmanni.* (Lib. testament. fol, 2ᵇ.)

LXI.

Anno 1145. — *Mansus Puchperc, qui dicitur Wersil.*

Idem prenominatus venerabilis *episcopus Hartmannus* cuidam libero homini *Walthero de Malentin*, pro Christo Hierosalim petenti, rogatu et pecuniali reddicione persuasit, ut *mansum Puchperc*, qui dicitur *Wersil*, quem beneficiali jure ab ipso possederat, sibi ea condicione redderet, ut *sancte Marie* ecclesie conferret. Quod sic factum est, reddidit et episcopus, eo

presente et annuente, *sancte Marie* delegavit. Hujus rei testes sunt, qui et supra et adhuc plures: *Regenhardus de Monte et Fridericus medicus.* (Lib. testament. fol. 5ª.)

XXII.

Anno 1147. — *Nouzes et Brixen.*

Idem vero *episcopus Hartmannus* beneficium *Pernoldi de Brixina* tradidit *sancte Marie,* quod habuit *Brixen et Nouzes.* Hujus rei testes sunt: *Wolftrigel, Regenbertus de Sebene, Waltherus de Brixina, Fridericus et frater ejus Arnoldus de Rodenken.* (Lib. testament. fol. 3ª.)

XXIII.

Anno 1147. — *Sustrice.*

Noverint omnes Christiani, quod quidam nobilis homo, *nomine Haimo de Riscone,* tradidit *sancte Marie* duas hobas in loco, qui *dicitur Sustrice,* pro remedio anime patris sui. Hujus rei testes sunt: *Waltherus de Brixina* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 3ª.)

XXIV.

Anno 1147. — *Detinheim.*

Noverit ecclesia, quod *quidam ministerialis Gisila* tradidit *sancte Marie* pro remedio anime *filie sue Richzen* predium, quod habuit *Detinheim.* Hujus rei testes sunt: *prepositus Reginbertus, Reginbertus de Sebene, Waltherus de Brixina, Arnoldus et frater ejus de Rodenken.* (Lib. testament. fol. 3ª.)

XXV.

Anno 1147. — *Viumes.*

Notum sit omnibus, quod *quedam nomine Heilke* tradidit predium, quod habuit *Viumis sancte Marie* sub testimonio multorum virorum, *Regenbertus, Waltherus.* (Lib. testament. fol. 3ª.)

XXVI.

Anno 1147. — *Predium in monte, qui dicitur Coste.*

Noverint Christi fideles, quod *quedam ministerialis Gisile* tradidit *sancte Marie* predium, quod habuit in monte, qui *dicitur Coste.* Hujus rei testes sunt; *Reinbertus de Sebene, Arbe de Tuotinhusen, Adalberus et filius ejus Regenhart de Nouzes.* (Lib. testament. fol. 6[b].)

XXVII.

Anno 1147. — *Dimidia hoba in Velles et vinea in loco, qui dicitur Sacville.*

Christi fidelibus pateat, quod quedam *mulier Heilka,* marito suo *Hartungo de Rodanchen* defuncto, *sancte Marie* dimidiam hobam *Vellis* et vineam, quam habuit in loco, qui dicitur *Sacville,* pro anime ipsius mariti remedio tradidit et legavit. Et hujus rei testes sunt: *Wilehelmus de Velturnes,* ac *Willehelmus, ipsius patruus de Slitteres,* de loco eodem *Tieme et frater suus Heinricus, Heribert de Tattingen, Chaldehoc de Seefs.* (Lib. testament. fol. 7[a].)

XXVIII.

Anno 1148. — *Plaichen.*

Sub eisdem testibus delegavit *Waltherus de Brixina, monasterio novecellensi* pro anime remedio *filii sui Gotschalci* et omnium parentum suorum, quidquid *habuit in Plaichen,* tam in cultis quam incultis. (Lib. testament. fol. 2[b],)

XXIX.

Anno 1149. — *Albuines.*

Noverit ecclesia, quod quidam *ministerialis Adelpertus de Elsenpoum* tradidit *sancte Marie* per manus domini *Ruodeperti de Teiste* dimidium mansum *apud Albuines.* Hujus testes sunt: *Purchardus de Velles, Marchwardus de Teiste, Ermenerich de Lacevons.* (Lib. testament. fol. 3[b].)

XXX.

Anno 1149. — *Possessiones Werenheri et Agathe uxoris.*

Christi fideles tam presentes quam futuri sciant, quod quidam *Werenherus* pro domino bene conversari incipiens *uxore sua Agatha* idem faciente, pari voluntate *sancte Marie ecclesie*, quascunque habuerunt, possessiones tradiderunt. Hujus rei testes sunt: *Gotschalcus nepos ejus, Franchi et filius ejus Eppo* et alter *Eppo.* (Lib. testament. fol. 4ª.)

XXXI.

Anno 1149. — *Predium Rasinin.*

Notum sit Christi fidelibus, quod quidam *Wolfherus sancte Marie ecclesie* pro remedio anime sue praedium, quod *Rasinin* habuit, contulit. Hujus rei sunt testes: *Heberhardus et Adalberus de Nouzes, Walte et Wille de Raeis, Franchi et filius ejus Eppo.* (Lib. testament. fol. 4ᵇ.)

XXXII.

Anno 1149. — *Ager sancte Marie traditur.*

Notum sit ecclesie, quod quidam *Adalbertus*, consenciente uxore sua, filiis et filiabus, agrum empticio jure persolutum *sancte Marie ecclesie* mancipavit. Hujus rei sunt testes: *Reginbertus de Sebene, Luitoldus et Alberus de Nouzes, Diethmar de Scoubes* et *Perinherus.* (Lib. testament. fol. 4ᵇ.)

XXXIII.

Anno 1149. — *Predia cujusdam Hugonis, hominis liberi.*

Veritatem inquirentibus in omne futurum tempus pateat, quod quidam liber homo, nomine *Hougo*, amicicie causa, quecunque predia possederat, ea omnia domino *Reginberto* post vite sue terminum delegavit in possessionem proprietariam. Postea vero utriusque actum est consensu, ut bona voluntate omne illud prememoratum predium fidei ac manui domini *Regenberti, brixinensis prepositi*, ea condicione traderet, ut ea traderet, a quibus peteretur. Itaque sic fecit rogatus; nam ea *sancte Marie ecclesie*,

domino *Reginberto* premonente et annuente, donavit pro anime sue remedio et omnium fidelium. Hujus rei sunt testes: *Werenherus de Oweren* et ejus filius *Luitoldus* et miles ejus *Chunradus Heinricus, filius Friderici de Rodenchen, Fridericus medicus, Luitherus, miles* domini, *Heinricus de Brixen, Heinricus de Riscon, Waltherus.* (Lib. testament. fol. 4ᵇ.)

XXXIV.

Anno 1149. — *Predia in Albines et Gaderen.*

Notum sit Christi fidelibus, quod quidam ministerialis, nomine *Kadelhohus,* predia, que videbatur possidere *Albines et Gaderen, sancte Marie ecclesie* pro remedio anime sue tradidit. Hujus rei sunt testes: *Reginbertus de Sebene* et milites sui, *Hermannus et Hartmannus.* (Lib. testament. fol. 5ᵃ.)

XXXV.

Anno 1149. — *Mansus dimidius in Torenten.*

Notum sit veritatem testificantibus, quod *Regenhardus et frater ejus Regenbertus de Pfalzen,* matre ipsorum obeunte, *sancte Marie ecclesie* dimidium mansum *in Torenten* situm pro remedio anime sue ac matris et omnium fidelium defunctorum tradiderunt. Hujus rei sunt testes: *Gangolf, Gundolt, Waltpot, Marchwart, Waltger, Rathart, Alberich de Chienes, Regenbertus de Sebene* et *Hougo de Lacefons,* (Lib. testament. fol. 5ᵃ.)

XXXVI.

Anno 1151. — *Predium Pirchen.*

Noverint omnes Christi fideles, tam futuri quam presentes quod dominus *Otto de Aiznice* tradidit *sancte Marie* per manus domini *Haimonis de Riscon* predium unum *Pirchen.* Hujus rei testes sunt: *Adelbertus comes de Tyrol, Richerus de Hohenekke, Chunradus de Niwenburch* et *frater suus Ortolf, Tagene de Riscone,* et *filius ejus Goteschalh, Heinrich Salzman de Cheleburg, Wodescalch de Stilves, Willehalmus de Velturnes, Odalricus Palmare, Regenhardus de Phalnzen* et *frater ejus Reginbreht de eadem villa, Wolftrigel* et frater *suus Wolscalch de Dietenheim.* (Lib. testament. fol. 5ᵇ.)

XXXVII.

Anno 1151. — *Predium Uotenheim.*

Christi fidelibus per omne futurum tempus pateat, quod domina *Gisila de Flange*, viro suo suadente et jubente, tradidit *sancte Marie* predium unum *Uotenheim* sine omni contradictione. Hujus rei testes sunt: *Heinricus de Lajan, Waltherus de Gredena, Chunrat et frater ejus Adelbreht, Leupreht*, ejusdem domini milites. (Lib. testament. fol. 6ª.)

XXXVIII.

Anno 1151. — *Molendinum apud sanctum Georium, mansus dimidius apud Albuines et due vinee apud Bauzanum.*

Notum sit omnibus in Christo fidelibus, quod de *Oweren dominus Werenherus* super *altare sancte Marie* molendinum *apud sanctum Georium* et dimidium mansum *Albuines* et duas vineas *Bauzani* pro remedio *uxoris sue Irmingart* tradidit atque legavit. Cujus rei testes sunt: *Regenbertus, brixinensis ecclesie prepositus, Regenbertus sabionensis*, iterum *Regenbertus brixinensis, Ermenricus et frater ejus Heinricus de Nouzes, Albertus et Eberwinus*, nec minus predicti *Werenheri milites de Cella, Regenboto et filius ejus Marchwart, Chunrat, Chuono, Swiger, Witego.* (Lib. testament. fol. 6ª.)

XXXIX.

Anno 1151. — *Predium Occozi cujusdam in Lazefons.*

Pateat omnibus justiciam noscentibus, quod quidam *Occozus* predium suum, quod habuit *Lacefons* tradidit *sancte Marie.* Et hujus rei testes sunt ut supra et *Fridericus de Rodenchen.* (Lib. testament. fol. 6ᵇ.)

XL.

Anno 1151. — *Vinea sita in loco, qui dicitur Truige.*

Notum sit Christi ecclesie, tam future quam presenti, quod vidua quedam, nomine *Luicart*, cum filiis et filiabus suis *sancte Marie* per manum *Gozwini* vineam sitam in loco, qui dicitur *Truige* pro anime *viri sui Adalberti* remedio tradidit. Hujus rei

testes sunt: *Ascuinus de Villandris, Reginbertus et frater ejus Alban de Pozen, Eberhard, miles eorum, Gozwin, Gerunch, filius ipsius de sancto Michahele, Adam de Pozen, Adam gener ipsius, Engilman, Pizile de Trugi.* (Lib. testament. fol. 7ª.)

XLI.

Anno 1151. — *Vinea in Ville.*

Cuncti Christi justiciam inquirentes noscant, quod vidua quedam nomine *Regule de Brixina*, cum filiis suis *Wolvoldo Iwano* ac filia sua *Juditin sancte Marie* vineam, quam *Ville* habuit pro tredecim talentis tradidit. Hujus rei testes sunt: *Ermenrich de Lazefons, Herrant de Candis, Ruodeger de Olagen, Heinricus de Vilandris, Chunrat Uosal.* (Lib. testament fol. 7ª.)

XLII.

Anno 1151. — *Predium in Scintelholz.*

Noscant Christi fideles, quod dominus *Werenherus de Ouweren* tradidit *sancte Marie* predium, quod habuit *Scintelholz.* Hujus rei testes sunt: *Albanus de Pusencheim* et homines sui, *Witego, Sigebote, Chunrat, Werenhere, Sigebote.* (Lib. testament. foll. 11ᵇ.)

XLIII.

Anno 1151. — *Dimidius mansus Vinkil.*

Noscant Christi fideles, quod dominus *Werenherus de Ouweren* tradidit *sancte Marie ecclesie* per manus domini *Reginberti, brixinensis prepositi,* dimidium mansum *Vinkil.* Hujus rei testes sunt: *Engelmarus de Nouzes, Hermannus de Rodenchen, Merbote de Brixina, Turingus de Nouzes,* junior *Arnoldus et Heinricus de Rodenchen, Wacile de Vintile, Uodalricus Letto, Gotschalcus, filius domini, Engilmarus, Chunradus.* (Lib. testament. fol. 13ª.)

XLIV.

Anno 1152. — *Predium in Olagen.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod *abbas dominus, de Wihensteven* predium, quod habuit *Olagen,* a nobis emtum

pro decem marcis, per manus domini *Friderici de Rodenchen* tradidit *sancte Marie*. Hujus rei testes sunt: *Reginbertus de Sebene, Engelmar de Nouzés, Reginbertus de Brixina, Olrich de Pergen, Chadelhohus de Monte.* (Lib. testament fol. 6ᵇ.)

XLV.

Anno 1153. — *Bona in Colphusge.*

Notum sit omnibus fidelibus per omne futurum tempus, quod *Reinbertus de Sebene* tradidit *sancte Marie* bona, quecunque a domino *Hartmanno inticensi* emerat et quod habuit *Colphusge.* Hujus rei sunt testes: *Ortolfus de Rodenen, Kadelhous, Gotschalcus de Brixina, Odalricus de Pergen, Rapote de Brixina, Heinricus de Lazefons.* (Lib. testament. fol. 6ᵇ.)

XLVI.

Anno 1153. — *Predium Tuzalde.*

Pateat tam futuris quam presentibus, quod idem *Regenbertus de Sebene* tradidit *sancte Marie* predium, quod habuit *Tuzalde.* Testes qui et supra. (Lib. testament. fol. 6ᵇ.)

XLVII.

Anno 1153. — *Predium in Lacefons.*

Noscat ecclesia presens et futura, quod quedam *mulieres de Lazefons, Willibirech, Berchta et Hadelouch,* tradiderunt *sancte Marie* predium quod habebant in predicto loco, pro remedio anime sue. Hujus rei testes sunt: *Werenherus de Oweren* et miles *ejus Witege, Hocoz, Engelbere de Oufhoven.* (Lib. testament. fol. 7ᵇ.)

XLVIII.

Anno 1153. — *Hoba dimidia, tria jugera el pomerium in Lazefons.*

Noverit tam presens quam futura fidelis Christi ecclesia, quod *frater Hougo* tradidit *sancte Marie* dimidiam hobam, quam habuit a *fratre suo Perinhardo,* et tria jugera, que possedit *Lazefons,* et pomerium in eadem villa, secus cimiterium situm.

Hujus rei sunt testes: dominus *Werenherus de Ouweren*, et miles ejus *Witego*, *Waltherus*, *filius domini Megenhardi de Monte*, *Ludewich de Umste*, *Heberhardus*, *filius domini Heberhardi de Tetsiningen*, *Engelberus de Oufhoven*. (Lib. testament. fol. 7[b].)

XLIX.

Anno 1153. — *Perchta, conjux Adelberti de Clusa ultro se sancte Marie in servitutem contulit.*

Noscat ecclesia presens et futura, quod *Adelberti conjux de Clusa*, nomine *Perchta*, *sancte Marie* se ultro contulit in servitutem, cum libera esset. Hujus rei testes sunt: *Herebort*, *Horpreht*, *Gerunch*, *Engelbere*, *Anzo*, *Simpreht*, *Perchtold*. (Lib. testament. fol. 8[a].)

L.

Anno 1153. — *Mansus dimidius, tria jugera et pomerium in Lazefons.*

Noverit tam presens quam futura Christi ecclesia, quod *frater Ougo* tradidit *sancte Marie* dimidium mansum, quem habebat de fratre suo *Perinhardo Bracmuel*, et tria jugera *Lazefons* et pomerium, secus cimiterium situm, sub tali condicione, quod et dominus *Reginbertus de Sebene* dimitteret ipsi ecclesie quinque marcas, quas accomodaverat super ipsam dimidiam huobam, et septem, quas similiter dedit super pomerium et predictos agros. Hujus rei testes sunt: dominus *Werenherus de Ouweren* et miles *ejus Witego*, *Waltherus*, *filius domini Megenhardi de Monte Ludewich de Umste*, *Heberhardus*, *filius Heberhardi de Tetsininge*, *Engelberus de Oufhoven*, *Tietmar de Clusa*. (Lib. testament. fol. 8[a].)

LI.

Anno 1153. — *Hoba dimidia, sita in villa, que dicitur Elvis.*

Fideles Christi cognoscant, quod *Chunradus*, filius *fratris Reginbotonis de Winsteven*, tradidit *sancte Marie* pro talentis undecim dimidiam huobam, sitam in villa, que *dicitur Elvis*. Et hujus rei testes sunt: dominus *Marchwardus de Rasene*, *Volcmarus de Phalenzen*, *Gozmarus de Brixina*. (Lib. testament fol. 8[a].)

LII.

Anno 1155. — *Due curie in Pounburge et curia una in loco, qui dicitur Lazefons.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod dominus *Regenbertus sabionensis* pro anime sue *uxoris Christine* remedio ipsa *Christina* in fine vite sue hoc fieri rogante, curias duas villicales cum sedimine, juxta ecclesiam posito in *Pounpurge, ecclesie sancte Marie* tradidit et curiam in loco, qui dicitur *Lazefons*, que fuerat cujusdam *cognati sui Waltheri.* Et hujus rei testes sunt: *Heinricus, ipsius Reginberti gener, Albertus de Sevis, Waltherus, Kadelhohus, Regenbertus de Brixina, Megenhardus et Werenherus de Monte et* ipsius *Regenberti milites, Ermenricus et frater ejus Chunradus, Adelberus* et filius ejus, *Regenhardus, Eberhardus* et *Eberwinus, frater ejus de Nouzes.* (Lib. testament fol. 6[a.])

LIII.

Anno 1155. — *Curia villicalis in monte Fillandres, mansus Telvus et predium quoddam in Trens.*

Fideles Christi cognoscant, quod idem *Regenbertus* super *altare sancte Marie, Hartmanno, brixinensi episcopo* presente, curiam villicalem in monte *Fillandres* cum omni jure, ad ipsam pertinente, et mansum *Telvus* et quoddam predium *Trens* tradidit et legavit, his testibus presentibus: *Werenherus de Oweren, Lantfridus de Gaicis, Heinricus Salzman, Heinricus de Richsone, Waltherus de Monte, Wolftrigel et frater ejus Magenes de Dietenheim.* (Lib. testament. fol. 6[b.])

LIV.

Anno 1155. — *Decima et duo mansus in Laian.*

Omnium fidelium pie fraternitati notum facimus, comitem *Arnoldum de Dachau* decimam et duos mansos, quos dominus *Regenbertus de Sebene* ab eo inbeneficiatus super *Laian* habebat, eodem *Regenberto* petente, tum pro deo tum pro honore sancte Marie in manus *episcopi Hartmanni* resignasse ea videlicet intencione, ut ipse episcopus tam pro sua quam precessorum

salute in cottidianos sumptus nostre congregacionis *sancte Marie* dei genitricis donaret. Hujus rei effectum, ita ut dictum est, processisse, tres viri testantur: scilicet dominus *Willehelmus de Uttenheim, Heinricus Salzman, Hiltebrant de Morunwis,* qui ejus rei eventui interfuerunt. (Lib. testament. fol. 7[a, b].)

LV.

Anno 1155. — *Hoba in Andels.*

Omnibus justiciam et judicium exquirentibus pateat, quod dominus *Reinbertus de Sebene* per manum domini *Reginberti, prepositi de Brixina,* tradidit *sancte Marie* huobam, quam habuit *Andels.* Hujus rei testes: *Adelberus et Eberhardus de Nouzes* et famulus *ipsius Engelmar.* Idem *Reginbertus* cum uxore sua tradidit *sancte Marie Reginhardum et* uxorem *suam Diemutem* cum filiis et filiabus suis. Hujus rei testes sunt, qui et supra, (Lib. testament. fol. 7[b].)

LVI.

Anno 1155. — *Mansus Neuenhusen, apud Trentes, Tieres et Elves.*

Exquirentibus dei justiciam pateat, quod dominus *Regenbertus de Sebene* tradidit *sancte Marie* per manus domini *Reginberti prepositi mansum* unum *Neuenhusen* et unum *apud Trentes* et unum *Tieres et unum Elves.* Hujus rei testes sunt, qui et supra. (Lib. testament. fol. 8[b].)

LVII.

Anno 1155. — *Predia, que habuit Reginbertus Obrenhoven sancte Marie traduntur.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, imo eciam veritatem diligentibus, quod dominus *Reginbertus* tradidit *sancte Marie* per manus domini *Ruodberti de Stilvis* predia, que habuit *Obrenhoven.* Hujus rei testes sunt, qui et supra. (Lib testament. fol. 8[b].)

LVIII.

Anno 1155. — *Predia in Dorfen et Mattenhoven.*

Noscat eciam fidelis ecclesia, quod idem prefatus *Reginbertus* tradidit *sancte Marie* per manus domini *Otacher de Millun*

predia, que habuit *Dorfen et Mattenhoven.* Hoc eciam priores testificantur. (Lib. testament. fol. 8[b].)

LIX.

Annn. 1155. — *Predia in Wergelin et Voragin.*

Idem felicis memorie *Reginbertus sancte Marie* tradidit per manus domini *Arnoldi de Rodenken* predia, que habuit *Wergilin et Voragin.* Hujus rei testes sunt: *Friderich de Rodenken, Uolrich de Berigen, Ermenricus de Lazefons, Engelmarus de Nouzes.* (Lib. testament. fol. 8[b].)

LX.

Anno 1155. — *Predium Heidenrich, fratricide de Zouhe.*

Noscant Christi fideles, quod *Hartmannus episcopus,* tradidit *sancte Marie* predium *Heidenrich, fratricide de Zouhe,* per manum ipsius. Hujus rei testes sunt: *Uodelscalch de Stilves, Heinrich de Welfesperch, Luodewich de Brixina, Megenhardus de Monte* et *filius ejus Walthere, Eberhardus de Teseningen.* (Lib. testament. fol. 13[a].)

LXI.

Anno 1156. — *Curia villicalis et caula ovium in Aznich.*

Justiciam dei noscentibus pateat, quod sancte *brixinensis ecclesie antistes Hartmannus* tradidit *sancte Marie* curiam villicalem et caulam ovium *in Aznich.* Hujus rei sunt testes: dominus *Regenbertus de Sebene,* dominus *Werenherus de Ouweren* et miles *ejus Witego, Heinricus Ratgebe de Lazefons, Hernistus Stanfraz.* Lib. testament. fol. 8[a].)

LXII.

Anno 1156. — *Mancipia, Wezela cum filiis et filiabus suis, Adelbrecht, Regenbreht, Guoten, Giselen, Chunzen et Perchten cum pueris sororis sue sancte Marie traduntur.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod dominus *Reginbertus de Sebene* tradidit *sancte*

Marie per manus domini *Reginberti prepositi* mancipia, *Wezela* cum filiis et filiabus suis, *Adelbreht, Regenbreht, Guoten, Giselen et Chunzen* et *Perhten* cum pueris sororis sue. Hujus rei testes sunt: *Ruobertus de Stilves* et *frater ejus Odelscalch, Purchardus de Velles* et *frater ejus Reginhardus, Willehelmus de Velturnes, Ottacher de Monte, Gotescalch de Castelruth* et *Gotescalch de eadem villa.* (Liber testament. fol. 8^{b})

LXIII.

Anno 1156. — *Salmannus de Clusa et pueri ejus, Lantmannus et Morungus, fratres ejus et soror Diemut ab episcopo Hartmanno sancte Marie traduntur.*

Noscat Christi fidelis ecclesia, quod *episcopus Hartmannus* tradidit *sancte Marie Salmannen* et pueros *ejus de Clusa, Lantmannen et Morungen, fratres ejus* et *sororem ejus Diemut.* Hujus rei testes sunt, qui et supra. (Lib. testament. fol. 8^{b})

LXIV.

Anno 1156. — *Hoba in Lusina et decimaciones in locis Ragine et Stegin.*

Christi fidelibus pateat, quod venerabilis *Hartmannus, sancte brixinensis ecclesie episcopus*, hobam, qua dominus *Otacher de Millun* erat inbeneficiatus, *in Lusina*, rogatu suo ac filii sui *Otacher sancte Marie* tradidit ac delegavit. Hujus rei sunt testes: *Ludewicus de Brixina, Witigo et frater ejus Walthere de Monte, Lantfrit et filius ejus Heinrich de Gaizes, Wolftriegel et frater ejus Maginis de Dietenheim.* Venerabilis eciam predictus episcopus tradidit *sancte Marie* decimaciones, quas *Heinricus de Riscon* in beneficium habebat, in locis *Ragine et Stegin,* sua peticione. Hujus tradicionis testes sunt, qui et supra. (Lib. testament. fol. 9^{b}, 10^{a})

LXV.

Anno 1157. — *Litera beati Hartmanni pro confirmatione omnium possessionum nec non ordinis, collatione parochie Nätz, electione prelati et de multis aliis utilibus punctis in ea contentis.*

Hartmannus, von verhenknüss götleicher güte *Bischof der Kyrchen ze Brixen,* allen gots gelaubigen, also wol den gegen-

würtigen als auch den nachkünftigen, ewiges heil in got und an ende. Die bestätigten satzung der heiligen pischofen des ersten Stuls gepieten und die gepot auch der römischen Kayser enphelhen, das die stete, die da underworffen sein götleichen diensten, nicht allain mit Kayserleichen sunder auch mit pischofleichen vortailen gewarent werden süllen; da von ist es bechömen, das die stat und das *gotshaus genant zu den gnaden sancte Marie*, zu den zeiten unsers pistums von *Reginberto, unserr Kyrchen ze Brixen dienstman, und Christein, seiner edlen hausfrawen,* in den eren der heiligen Junkchfrawen Marie, der heiligen gotsgebererinn gestift, zu der regel des heiligen sand Augustin orden, mit allem dem, was derselb *Reimbrecht* und die edel sein *hausfraw Christina* dem selben Gotshaus geben habent und was wir auch von unserr miltigkait mit andacht und willikleieh dartzu geben haben und auch was ander unser getrewen und dienstmann dartzu geben haben und auch mit allen den gütern, die das selb gotshaus yetzund gerechtikleich besitzt oder nachmalen besitzen wirt mit verleihung der Pischöf, mit gab der Chünig und Kayser oder fürsten und ander gelaubigen oder auch was das vorgenant gotshaus von gots miltichait gewinnen mag, das selben alles haben wir under unser und unser nachkomen bischofleiche beschirmung genomen und bestetten das auch dem selben gotshaus ewikleich und beschliessen die selben güter allesampt under unserm banne mit würkchunge gots und sand Peter des fürsten der zwelfpoten. Und das das auch den künftigen menschen chunt werd und auch allzeit stät und unzerbrochen beleib, darum haben wir das mit disem unserm brief bevestent. Und also zum ersten setzen wir, das das gemain leben, als zu der heiligen regel sand Augustin gehört, ewikleich da unzerbrochen behalten werd. Auch gepieten und setzen wir, das nach dem tod unsers lieben *pruders Hainreich*, der yetzund von gots ordnung derselben kyrchen verwesung halt, chain Bischof noch chain ander Person, weltleiche noch geistleiche, ainen andern infüren oder insetzen türre, sunder sy die Brüder mit gemaynen willen ain geistleich und nützleich Person von irem orden in zu ainem vater und zu maister auswelen süllen freileichen; und ob under in ain zwytracht würd in der erwelung, so sullen sy den mereren pessern tail weichen und gelauben. Auch soll nyemant von rechts wegen oder von erbschaft wegen sich an-

nemen oder underwinden der Vogtay des selben Gotshauss und der güter derselben brüder, Sunder die selben brüder mügen in erwelen ainen Vogt, der in und irem Gotshaus nutz und gut sey. Wir haben in auch mit gots verhenkchnüss geben und bestätt *die pharrkyrchen, genannt* Nätz, mit allen Kapellen, die dartzu gehörent, ewikleich, Also das chainer vnserr nachkomen gewalt habe, in abzezychen oder in chainer weise abzenemen. Auch sol chain pfarrer oder lay zehenden vordern von den eckern und weingärten, die sy selben pauent oder in ir selb zerung bauen lassent, Noch von dem Vihe, das sy mit irer zerung fürent, Sunder das alles sol gevallen den Brüdern desselben Gotshauss und sy sullent die pauleut und die hyrten mit gaystlicher haylichkayt ausrichten. Wir verleihen auch andechtikleich *die begrebnuss* freyleich allen den, die ir in Christo begeren — — —. Datum Brixen 1157. (Reg. vet. tom I. fol. 90^{b}, 91^{a}, 91^{b}.)

LXVI.

Anno 1157. — *Privilegium imperiale tuitionis et confirmationis ecclesie, personarum, possessionum et rerum ad gratias sancte Marie in Novacella.*

In nomine sancte et individue trinitatis. *Fridericus, divina favente clemencia Romanorum imperator, Augustus.* Quandocunque nostre imperialis corroboracionis pie exposcitur suffragium, celeri effectu est adtribuendum; et si in his exposcitur, que durare perpetuo videntur, literis est eciam adnotandum; ne prolixitas temporum posteris hoc reddat dubium vel incertum. Noverit igitur omnium tam futurorum quam presencium industria, qualiter nos pias preces *Hartmanni, brixinensis ecclesie venerabilis episcopi,* et dilectissimi nostri *Eberhardi, bambergensis episcopi,* clementer admisimus et *Novamcellam,* que *gracia sancte Marie,* genitricis dei, nuncupatur, cum fratribus inibi deo famulantibus et cum omnibus possessionibus ejus, juste acquisitis vel acquirendis, in tuicionem nostram suscepimus; Sane ut fratribus in eadem cella degentibus omnimodis profutura esse debeant, quecunque largicione regum, concessione principum, oblacione fidelium racionabiliter collata fuerint vel ullo modo contradita sunt, omne eis nostre auctoritatis robur accomodamus. Decernimus quoque, ut nulla imperii nostri magna vel parva

persona prefatam ecclesiam possessionibus suis, quas nunc habet vel in posterum juste habitura est, audeat devestire, sed sub nostre pacis ac tuicionis quiete omni tempore rata et inconvulsa permaneant. Quod ut ab omnibus veraciter credatur et diligencius observetur, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione insigniri jussimus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hec sunt: *Eberhardus, bambergensis episcopus, Cunradus, pataviensis episcopus, Heinricus, ratisponensis episcopus, Cuonradus, eistetensis episcopus, Daniel, pragensis episcopus, Fridericus, dux Suevorum, filius Cunradi regis, Heinricus, dux Austrie, Welfo, dux Spoleti, Ladezlavus, dux Polonie, Wadezlavus, dux Boemie, Otto, palentinus comes de Witelinresbach*, et *frater ejus Fridericus, Engelbertus, marchio Istrie, Gebehardus, comes de Sulzbach*, et *filius suus Berngerus, Heinricus, burcgravius de Ratispona, Eggebertus, comes de Butene.* Signum domini *Friderici, imperatoris augusti. Ego Reinaldus,* cancellarius *vice Arnoldi, moguntini archiepiscopi et archicancellarii,* recognovi. Datum *Bamberc* in Non. Julii. Indictione V. Anno dominice incarnacionis M. C. L. VII. Regnante domino Friderico, Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejus VI., Imperii vero III. Actum in Christo feliciter Amen. (Origin. pergam. in archiv. Neustift; apograph. in Lib. donacion. fol. 11[a], 11[b], 12[a].)

LXVII.

Anno 1157. — *Pro ecclesia nostra in Chienes.*

Disposicione divina *Hartmannus, brixinensis ecclesie minister indignus.* Quia deus omnipotens suo incomprehensibili judicio nos ecclesie brixinensi preesse voluit, justum est, ut omnibus in parochia nostra ecclesiis et ecclesiasticis personis favente animo prodesse studeamus. Noverit igitur tam futurorum quam presencium industria, quod nos parochialem ecclesiam *Chiens* cum terminis suis et omni jure ecclesiastico *celle,* que dicitur *ad sancte Marie gracias,* communi consensu atque consilio canonicorum majoris ecclesie in perpetuum stabilivimus et impressione sigilli nostri, salva majoris ecclesie justicia, confirmavimus presentibus et assensum devote prebentibus dignioribus brixinensis ecclesie personis, *Reginberto, preposito, Eberhardo,*

abbate sancte Georii, Heinrico, wiltinensis ecclesie preposito, et aliis majoris ecclesie canonicis. (Orginale pergam. in arch. eccles. paroch. in Kiens, apograph. in Lib. donacion. fol. 13[b.])

LXVIII.

Anno 1158. — *Pernhardus de Curnol tradidit agrum.*

Noverit Christi ecclesia, quod *Pernhardus, miles de Curnol*, agrum *sancte Marie* tradidit libera manu. Testes: *Fridericus medicus, Morunch, Reginwart*, de *Elvis Francho et Lutso.* (Lib. testament. fol. 9[a.])

LXIX.

Anno 1159. — *Mansus dimidius Murcsol.*

Omnibus Christi fidelibus per omne futurum tempus pateat, quod quidam *Adelmannus de Wennes*, tradidit *sancte Marie* dimidium *mansum Murcsol* pro octo talentis. Hujus rei testes sunt: *Reginbertus de Sebene, Adelbero, Eberhardus, Eberwinus de Nouzes, Chadelhoch, Gozmar de Brixina.* (Lib. testament. fol, 7[b.])

LXX.

Anno 1159. — *Ager in Phaphenwise.*

Noscat Christi fidelis ecclesia, quod dominus *Uodelscalcus, gener domini Otacher de Millun*, cum *conjuge sua Wildrun*, filio ac filia consenciente, *sancte Marie* tradidit agrum, quem habuit *Phaphenwise*, per manum *Guotonis de Alwinis.* Hujus rei testes sunt, *Heinrich, Engelmar et gener ejus Adelpreht de Lajan, Urso, Adelpreht, Urso de eadem villa.* (Lib. testament. fol. 9[a.])

LXXI.

Anno 1159. — *Tres mansiones in Puochperch.*

Veritatem inquirentes sciant, quod *Ruodolf*, *miles de Selwin, sancte Marie*, tres mansiones, quas habuit *Puochperch*, libera

manu tradidit. Hujus rei testes sunt: *Salmannus* et gener ejus *Heinricus de Clusa, Francho et Lutso.* (Lib testament. fol. 9a.)

LXXII.

Anno 1159. — *Mons argenti in Vilandres.*

Noverit ecclesia, quod comes *Arnoldus de Grifenstein* et *uxor ejus Adelheit sancte Marie montem argenti Vilandres* tradiderunt. Aderant hii: *Uodalricus de Sinnes et filius ejus Uodalricus, Fridericus de Rodanch* et miles ejus *Pertoldus, Albanus de Buosincheim* et *claviger suus Uodelscalcus,* qui et testes facti sunt. (Lib. testament. fol. 9a.)

LXXIII.

Anno 1159. — *Predia in Laian.*

Ecclesie fidelibus pateat, quod *Heinricus de Lazefons* tradidit *sancte Marie* predia, que *Lajan* habuit, pro remedio anime sue simul cum filio suo, quem communi vite illic contulit. Hujus rei testes sunt: *Marchwardus de Villandres, Willo de Elves.* (Lib. testameut. fol. 9a.)

LXXIV.

Anno 1159. — *Predium in Collaz.*

Fideles Christi noscant, quod *Ruodigerus de Sele, sancte Marie* predium quoddam, quod habuit *Collaz,* pro remedio anime sue tradidit. Hujus rei testes sunt: *Gerungus,* ipsius servus, *Luzzo de Reas.* (Lib. testament. fol. 9a.)

LXXV.

Anno 1160. — *Hoba sita in loco, qui dicitur in Toberecke.*

Noverit tam presens quam futura Christi ecclesia, quod *comes de Leximunde* huobam, que sita est in loco, qui dicitur *Toberecke,* pro eterna remuneracione *sancte Marie* tradidit. Hujus rei sunt testes: *Adelbertus, urbis prefectus, Arnoldus de Rodenchen, Ludewigus de Brixina, Heberhardus de Tesiningen, Engel-*

mars de Nouzes, Ruodolfus Crebiz, Chuono de Azniche, Fridericus de Matrei, Fridericus de Stubei. (Lib. testament. fol. 9ᵇ.)

LXXVI.

Anno 1160. — *Predium in Rasine.*

Per omne futurum tempus pateat Christi fidelibus, quod domina *Machtilt, filia domini Albrandi,* simul cum filia sua tradidit *sancte Marie* predium, quod habuit *Rasine*, per manus domini *Albani de Buosincheim.* Hujus rei testes sunt: *Ludewicus, Chadelhohus, Altuom et Werenherus de Brixina, Gotschalcus de Boumgarte, Gotschalcus de Stade.* (Lib. testament. fol. 9ᵇ.)

LXXVII.

Anno 1160. — *Predium ecclesie novecellensi vicinum.*

Noscant eciam Christi fideles, quod dominus *Arnoldus,* sancte brixinensis ecclesie canonicus, *sancte Marie* tradidit predium, quod nobis vicinum est. Hujus rei testes sunt: *Fridericus,* domini *Regenberti prepositi* servus, *Luzzo de Raes* et *Herebort.* (Lib. testament. fol. 9ᵇ.)

LXXVIII.

Anno 1160. — *Predium Plaichen.*

Norit fidelis ecclesia, quod dominus *Ludewicus de Brixina,* tradidit *sancte Marie* predium, quod habuit *Plaichen.* Hujus rei testes sunt: *Altuom de Brixina, Uodalricus de Lochhusen, Wato de Gickenbiunt, Fridericus et frater ejus Arnoldus de Rodenchen, Hougo de Lazefons.* (Lib. testament. fol. 9ᵇ.)

LXXIX.

Anno 1160. — *Predium Bozani.*

Veritatem inquirentibus pateat, quod *Chunradus, comes de Lexgimunde,* predium, quod habuit *Bozani, sancte Marie* tradidit per manum *comitis Heberhardi.* Hujus rei testes sunt: *Sigehart de villa sancti Martini* et *frater ejus Heinrich, Herbort, Pizilo,*

Gundolt, Uolrich de Ritene, Otto, servus prepositi Regenberti. (Lib. testament. fol. 10ᵇ.)

LXXX.

Anno 1160. — *Vinea in loco, qui dicitur Ronz.*

Veritatem inquirentes noscant, quod *Martin de Vilandris* cum uxore nec non liberis suis per manum *Marchwardi convicini sui sancte Marie* vineam, quam habuit in loco, qui dicitur *Ronz*, potestativa manu traditit. Hujus rei testes sunt: *Adelber de Noucis, Gebehart de Monte.* (Lib. testament. fol. 10ᵇ.)

LXXXI.

Annno 1160. — *Due hobe in loco, qui dicitur Suffan.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, veritatem diligentibus, quod *comes Chunradus* potenti manu sua tradidit *sancte Marie* duas huobas in loco, qui dicitur *Suffan.* Hujus rei testes sunt: *Arnolt de Rodenchen, Regenbertus Garro, Ruodolf Crebiz, Ruodolf Tremil, Ruodiger miles suus, Eberhard de Pinizgo, Friderich von Flinsbach, Gebehart, miles comitis, Heinrich Ratgebe* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 10ᵇ.)

LXXXII.

Anno 1161. — *Predium in Phalinze.*

Otacher de Monte tradidit *sancte Marie* predium, quod *habuit Phalinze.* Hujus rei testes sunt qui et supra Nr. 64. (Lib. testament. fol. 10ᵃ.)

LXXXIII.

Anno 1161. — *Bona in Warenstorph.*

Iusticiam inquirentibus pateat, quod *comes Heinricus de Frantenhusen* et *Marchwardus, minister ejus de Lutratistorph,* per manum *fratris nostri Heinrici* bona, que habuit *Warenstorph, sancte Marie* tradidit. Hujus tradicionis testes sunt: dominus *Pabo de Hahusen, Arbo de Hoheim, Adelbertus de Gozolteshusen, Chunradus de Pippinisriede, Chunradus de Prukke, Luitoldus de Frantenhusen.* (Lib. testament. fol. 10ᵃ.)

LXXXIV.

Anno 1161. — *Predium in Praitenloch et hoba dimidia ad Urslingen.*

Noverit ecclesia, quod *Gisila, ministerialis filia fratris nostri Regenberti, Heinrico marito suo* defuncto, predium quod habuit *Praitinloch*, et dimidiam huobam *ad Urslingen sancte Marie* pro eterna remuneracione tradidit. Hujus rei testes: *Adelbertus urbis prefectus, Ludewicus de Brixina, Heinricus Slurvi, Werenherus de Ouweren, Ermenrich et frater ejus Heinricus, Werenherus, Chunradus de Lazefons, Chunradus de Rasene.* (Lib. testament. fol. 10ª.)

LXXXV.

Anno 1161. — *Quatuor agri in Rasine.*

Fidelis ecclesia noscat, quod *Chunradus de Rasene* quatuor agros, quos in eodem loco habuit *sancte Marie* tradidit. Hujus rei testes sunt, qui et supra. (Lib. testament. fol. 10ª.)

LXXXVI.

Anno 1161. *Vinea Bozane.*

Noscat fidelis ecclesia, quod *Rize de Tisis* vineam, quam habuit *Bozani, sancte Marie* tradidit, tamen quatuordecim siclos a nobis recepit. Hujus rei testes sunt: *Reginbertus, miles de Brixina, Herbort, Francho, Engelber.* (Lib. testament. fol. 10ª.)

LXXXVII.

Anno 1161. — *Predium in loco Rasine.*

Noverit eciam ecclesia, quod *Uolrich de Rasina* predium quod habuit in eodem loco, pro eterna remuneracione *sancte Marie* tradidit. Hujus rei testes sunt: *Albero de Nouces, Heberhart de Velturnes, Werenhere de Lazefons, Rapot de Chienis.* (Lib testament fol. 10ᵇ.)

LXXXVIII.

Anno 1161. — *Hoba dimidia in loco Amlach.*

Veritatem inquirentes noscant quod *comes Heinricus et Frantenhusen* tradidit *sancte Marie* dimidiam huobam in loco *Amlach.*

Hujus rei testes sunt: *Albertus de Gozolteshusen, Hettvolch de Velve, Perchtold de Horeburch, Hurlinge de Flinspach, Ruodolf de Mittersele, Waltherus cocus.* (Lib. testament. fol. 11ª.)

LXXXIX.

Anno 1162. — *Hoba in Regis et predium Flez.*

Noscat ecclesia fidelis, quod *Regenbertus* huobam, *quam Regis* habuit, et predium, *quod Flez* habuit, *sancte Marie* tradidit. Hujus rei testes sunt: Fratres sui *Fridericus et Arnoldus, Ludewich de Brixina, Ruodolfus de Crebiz.* (Lib. testament. fol. 10ᵇ.)

XC.

Anno 1162. — *Predium situm in Torenten.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod *Hezil de Engidin* predium, quod situm est *Torenten*, potestativa manu super *altare sancte Marie* tradidit. Hujus autem rei testes per aurem attracti sunt: *Houch de Tufers*, et *Heinricus Castlat*, *Pernhart*, *Chunrat.* Idem eciam testantur *Willehalm de Uotenheim*, *Arnolt senior de Schönekke*, *Uolricus*, *miles ejus*, *Heinricus de Chelburch*, *Dietmarus de Torenten.* (Lib. testament. fol. 11ª.)

XCI.

Anno 1162. — *Predia in Obrinhoven.*

Noverit ecclesia, *quod Egilhofus et uxor ejus de Omras* et filie ejus et latini, scilicet *Meribort ac Hegini*, *Dietmar*, *Giselmar*, potestativa manu *sancte Marie* tradiderunt predia, quesita et inquesita, que Obrinhoven possederunt. Hujus tradicionis testes sunt: *Hiltipolt de Swangow*, et predictus *Egilhofus* ac *ceteri traditores*, *Job*, *Chunradus*, *Werenhart*, *Olrich*, *Marchwart*, *Friderich de Omras*, *Adelman de Umste*, *Ginanne de Obrinhoven.* (Lib. testament. fol. 11ª.)

XCII.

Anno 1162. — *Predia in Pregrat Sigincin.*

Noscat ecclesia fidelis, quod *comes Arnoldus et uxor ejus de Grifenstein sancte Marie* tradiderunt predia, que habuerunt

Pregrat et Sigincin. Hujus rei testes sunt: comes *Fridericus de Eppan, Perchtoldus de Morit, Fridericus Fuhslin, Gotpolt et fratres ejus de Morit.* (Lib. testament. fol. 11ª.)

XCIII.

Anno 1162. — *Ovile in Sigincin.*

Fidelibus ecclesie pateat, quod *comes Chunradus de Materei sancte Marie* tradidit ovile, quod *Sigincin* habuit. Hujus rei testes sunt: *Perchtoldus et frater ejus Rudolfus de Stubei Fridericus et Weriandus de Materai.* (Lib. testament. fol. 11ª.)

XCIV.

Anno 1162. — *Mons argenti Vilanders et predium, quod possidet Ruodolfus.*

Noverint tam futuri quam presentes, quod *comes Arnoldus et uxor ejus comitissa Machthildis* tradiderunt *sancte Marie montem argenti Vilanders* et predium, quod possedit *Ruodolfus.* Hujus rei testes sunt: *Odalricus de Sins* et *filius ejus Uodalricus, Alban Sassenchen, Fridericus et Perhtoldus,* prepositi, *Volmant et Uodalricus de Morit, Ruodegerus de Prevolhen, Walthere de Selus, Fridericus et frater ejus Chunradus de Rodank, Ekehart de Umelesdorf, Cunradus de Tutenhusen, Uolscalch, cellerarius.* (Lib. testament. fol. 11ᵇ.)

XCV.

Anno 1162. — *Hoba dimidia in Lazevones.*

Pateat cunctis fidelibus, quod dominus *Reginbertus, majoris ecclesie prepositus,* tradidit ecclesie *sancte Marie* dimidiam hobam *Lazevones* pro remedio anime sue et omnium parentum suorum. Hujus rei sunt testes: *Waltherus, filius domini Megenhardi de Monte, Gottefridus,* filius domini *Friderici de Rodenchen, Adelbertus, filius domini Gotescalchi de Castelrut, Otto, filius domini Ottonis de Albinis, Arnoldus Souer* et servus suus *Egelolfus, Ruodigerus de Patavia et connatus suus Karle* et dominus *Heinricus de Dietenheim* et dominus *Purchart de Sebene.* (Lib. testament. fol. 12ª.)

XCVI.

Anno 1162. — *Predium in Miglanz.*

Noscant tam futuri quam presentes, quod quidam *Uodalricus de Crume* cum consensu uxoris sue tradidit *sancte Marie* quoddam predium, quod habuit *Miglanz*, pro remedio anime sue et parentum suorum. Hujus rei testes sunt: *Martinus, Swikerus, Durnech, consobrinus ejus, Hohanniculus, Minigo* cum multis aliis, qui ibi erant presentes. (Lib. testament. fol. 56ª.)

XCVII.

Anno 1163. — *Predium in Monte Puren et Stegen.*

Pateat cunctis fidelibus quod dominus *Werenherus de Velles* tradidit *sancte Marie* predium, quod habuit in monte *Puren et Stegen.* Hujus rei testes sunt: *Perchtold et frater ejus Morunch de Tieres, Uolrich, Gerunch de Velles, Heribort.* (Lib. testament. fol. 11ᵇ.)

XCVIII.

Anno 1163. — *Predium in Obrenhoven.*

Pateat cunctis fidelibus, *quod Arnoldus de Stubei* tradidit *sancte Marie* predium, quod habuit *Obrenhoven.* Hujus rei testes sunt: *servus ipsius Egelolf, Sigewin de Heteningen, Adelber de Citlar, Lanzo.* (Lib. testament. fol. 11ᵇ.)

XCIX.

Anno 1163. — *Predium in Niederdorf.*

Noscant Christi fideles, quod dominus *Engelmarus de Nouces* obtulit *sancte Marie* predium, quod habuit *Niderdorf.* Hujus rei testes sunt: *Adelpote, Genanne, Eppo, Francho, Perchtold, Simprecht.* (Lib. testament. fol. 11ᵇ.)

C.

Anno 1163. — *Pars vinee in Eppan.*

Noverint tam presentes quam futuri, quod *comes Albertus de Eppan* tradidit *sancte Marie* eam partem vinee, quam habebat

Eppan communem cum *comite Friderico* et fratre *suo comite Heinrico*, pro remedio anime sue. Hujus rei testes sunt: *Fridericus de Rodenchen* et *frater ejus Arnoldus, Ludewigus de Brixina, Chadelhoch Albus de Brixina, Ekkehart parvus de Sarentin et frater ejus Chadelhous* et *frater eorum Werenhart* et *Adelpertus de Curlon*. (Lib. testament. fol. 11[b].)

CI.

Anno 1163. — *Predia in Tofriche, Troja et Lerchpoum.*

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, qualiter comes *Diepoldus de Lexgimunde* cum *fratre suo Heinrico* et *matre sua Luicarde* tradiderunt *sancte Marie* per manus cujusdam nobilis viri *Ruoperti de Owenquoven* predium in *Tofriche, Troja et Lerchpoum* libera manu. Hujus rei testes sunt: *Ruodiger de Eginchofen* et *Perkerus, Luitold, Werenhart de Husen, Wolfolt Reche, Hartwich de Ebenhusen* et *Gerwich, Herman de Tunzlinghusen, Ruodiger Zolze, Gotfrit, Pillunc, Forchtlieb de Burchen, Chunrat de Mardingen, Ortolf de Pertoldeshem, Ludewich de Brixina, Otacher et filius ejus de Monte, Otto de Albines, Uolricus de Aznich, Gozmar de Brixina, Karle de Pazowe*. (Lib. testament. fol. 11[b], fol. 12[a].)

CII.

Anno 1163. — *Pratum ad Flane.*

Noscant Christi fideles, qualiter dominus *Ludewigus de Brixina* obtulit super *altare sancte Marie* per manus majoris ecclesie prepositi pratum *ad Flane*. Hujus rei testes sunt, qui et superius. (Lib. testament. fol. 12[b].)

CIII.

Anno 1163. — *Stacio Brixine, curia dimidia ad Teisten, curia ad Rischon, curia ad Teisten, ad Carte, ad Forchach, vinea ad sanctum Petrum et plura mancipia.*

Pateat Christi fidelibus, quod dominus *Lantfridus et frater ejus Heinricus* delegaverunt super *altare sancte Marie* stacionem quam habuerunt *Brixina*, dimidiam curiam *ad Teisten, ad Riscon*

curiam unam, *ad Teisten* in ripa curiam unam, quam colit *Adalberus*, curiam unam *ad Carte* et unam *ad Forhac*, vineam ad sanctum *Petrum*, quam colit *Waldo*, et vineam *ad Crize*, quam colit *Minigo*, familiam satis honestam, videlicet *Adelberum* et *filium ejus in ripa*, *Friderun*, *Haimonis filiam*, *Eberhart Reinpreht*, *Rize*, *Eberhardum filium* cum tribus filiis et una filia pro remedio anime sue et omnium parentum suorum. Hujus rei testes sunt: *Uolrich de Chienes*, *Liebhart Obernune*, *Ekkehart parvus de Sarentin*, *Puman de Northam*, *Regenhart de Ufhoven*, *Tritil*, *ipsius Lantfride vir*, *Gozmar de Brixina*. (Lib. testament. fol. 12^{b}.)

CIV.

Anno 1163. — *Curia dimidia in Teisten, due vinee Bozani et plura mancipia.*

Fidelibus Christi pateat, quod *Chunradus frater predictorum delegatorum sancte Marie* tradidit dimidiam curiam, quam habuit *Teisten* et duas vineas *Bozani* et familiam suam, scilicet *Haimonem* et *uxorem suam Gertrut* et filium eorum *Chunradum*, *Gisilen* et *filiam ejus Reginlint*, *Mergardim filiam*. Hujus rei testes sunt: *Eberhard et filii sui de Nouzes*, *Alber et filii sui*, *Engelmar et filii sui* de *eadem villa*, et alii quam plures. (Lib. testament fol. 12^{b}.)

CV.

Anno 1163. — *Predia infra ripam Reifowe ac ripam Cluse.*

Noverit fidelis ecclesia, *quod urbis prefectus Adelbertus* predia culta et inculta, que infra ripam *Reifowe* ac ripam *Cluse* habuit, *sancte Marie* pro novem marcis argenti usque ad culmen montis in presencia sancte brixinensis ecclesie *Hartmanni episcopi* tradidit. Hujus rei testes sunt: *Fridericus et frater ejus Arnoldus de Rodenchen*, *Purchardus de Vellis*, *Adelbertus de Irinspurch*, *Meinhardus et filii sui de Millun*. (Lib. testament fol. 12^{b}, fol. 13^{a}.)

CVI.

Anno 1163. — *Mansus in Tovireche.*

Pateat cunctis fidelibus, quod *comes Heinricus de Lexmunde* mansum *unum Tovireche*, per manum domini *Friderici de Roden-*

chen tradidit pro remedio anime sue *ecclesie sancte Marie.* Hujus rei testes sunt: *Engelmarus de Nouzes, Hermannus de Rodenchen, Merbote de Brixina, Turingus de Nouzes,* junior *Arnoldus et Heinricus de Rodenchen, Wacile de Vintile, Uodalricus Letto, Gotscalcus, filius domini, Engilmarus, Chunradus.* (Lib. testament. fol. 13ª.)

CVII.

Anno 1163. — *Predium apud Scorrin.*

Pateat Christi fidelibus, qualiter *Chunradus de Vorstaren* obtulit *sancte Marie* predium, quod habuit apud *Scorrin.* Hujus rei testes sunt: *Heinricus de Hellentesperge,* et ejus filius *Albreht de Holrespach, Heinricus de Lazefons.* (Lib. testament. fol. 13ª.)

CVIII.

Anno 1163. — *Pars predii in loco, qui dicitur Tophirich ad Trajach et predium Liuboumer.*

Noscant tam presentes quam futuri fideles Christi, qualiter *comes Diepoldus et mater sua Luicardis* et *frater suus Heinricus de Lexgimunde* partem predii sui per manus cujusdam, nomine *Arnoldus,* quam habuerunt in loco, qui dicitur *Tophirich ad Trajach,* quod *Minso* possedit, et aliud *Lieboumer et filius suus Routher possedit in loco,* qui *dicitur Tricel,* pro remedio anime sue tradiderunt *sancte Marie.* Hujus rei testes sunt: *Filius domini Marchwardi de Holzheim, Ruodeger* et *filius suus Walchuon de Ellenchofen, Penike et filius suus, Chunradus de Rorbach, Poumhart de Altolphisheim, Gelphrat et filius suus Engilrich, Hawart, Uolricus et filius suus Werenhart, Gotefrit et filius suus Gotfrit, Vorchtlieb et frater suus Heidenrich, Pillunch, Heberhart, Seuvrit, de Spurhoheim, Heriman et suus frater junior de Tunzlingen.* (Lib. testament. fol. 13ª, 13ᵇ.)

CIX.

Anno 1165. — *De predio dicto Michelbach.*

In nomine domini Amen. Ego *comes Engilbertus, aquilegensis ecclesie advocatus,* notifico universis Christi fidelibus, quod

pro remedio anime mee et dilecte conjugis mee, *comitisse Adelhaidis*, et carissimorum heredum nostrorum, patris quoque et matris mee, fratris omniumque parentum meorum delegavi potestativa manu cum consensu et bona voluntate predicte uxoris mee ac liberorum meorum predium, *Michelbach* dictum cum omnibus suis pertinenciis *ecclesie*, que dicitur *ad gracias sancte Marie in Novacella Brixine* ad subsidium fratrum deo ibidem famulancium. Cui actioni interfuit et prefuit dominus meus venerabilis sancte aquilegensis *ecclesie patriarca Udalricus et apostolice sedis legatus*, et venerabiles episcopi, *Werinhardus, Tergestinus, Gerhardus, Concordiensis, Fridericus, Petenensis de Lauriaco, Waltherus de Lusiriaco, Otto de Buechim, Rantaltus et frater ejus Hainricus de Vilalta;* liberi, *Swikerus de Holenburch, Hawardus de Lonke, Hainricus marschalcus, Hainricus de Glemuna, Herbardus de Poxedes, Witmarus de Chozingen, Amelricus de Niwenburch, Pilgerimus Glokeli, Ulricus dapifer ejusdem comitis, Cholo de Vlachsperg* et *filius ejus Hugo, Mathias de Titian* et alii quam plures ministeriales aquilegensis ecclesie *et ducis Karinthie Hermanni.* Preterea volo et omnibus heredibus meis in prefatis bonis et aliis, que predicte ecclesie contuli, hoc juris relinquo, ut absque omni exactione pro salute tantum anime advocaciam administrent et nihil servicii inde exigant, ac coloni earundem possessionum nostre solummodo presencie judicio sistant nec prepositi nostri aliqua eos placitorum vexacione perturbare ullatenus presumant. (Lib. donacion. fol. 32^{b}, fol. 33^{a}.)

CX.

Anno 1166. — *Predium in monte Carternat, vinea in Campille et ovile in Gredine et aliud in loco, qui dicitur Mulciskil.*

Noverit tam presens quam futura ecclesia, quod *Purchardus, ministerialis de Vellis*, predium quoddam, quod situm est in *monte Carternat*, quo quidam nomine *Philes* inbeneficiatus ab eo fuerat, et vineam, quam habuit in *Campille*, nec non ovile in *Gredine* et aliud, quod habuit in loco, qui dicitur *Mulciskil, sancte Marie* pro remedio anime sue et uxoris sue ac parentum suorum tradidit atque legavit. Hujus rei testes sunt: *Chunradus filius suus, Chunradus servus ejus, Regenhardus de Vellis, Perchtolt de Tieres, Salmon Albrecht, Reginbreht, Albero, Gunzo de Clusa* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 13^{b}.)

CXI.

Anno 1166. — *Predium secus Bennis et vinea in loco, qui dicitur Bleidris.*

Veritatem inquirentes noscant, quod *Sivridus, miles de Sarentin, sancte Marie* predium, quod habuit secus *Bennis*, et vineam, que sita est in loco, qui dicitur *Bleidris*, per manum *Gunzonis de Clusa* pro remedio anime sue tradidit. Hujus rei sunt testes, qui et super. (Lib. testament. fol. 13^{b}.)

CXII.

Anno 1167. — *Ager in Vintillen.*

Noscat fidelis ecclesia, quod *Volchmarus de Phalenzen sancte Marie* agrum, quem *Vintillen* habuit, pro remedio anime sue per manum *fratris sui Heinrici* tradidit. Hujus rei testes sunt: *Heinricus et frater ejus Fridericus de Riscon, Uodelscalcus de Stilves.* (Lib. testament. fol. 13^{b}.)

CXIII.

Anno 1167. — *Hoba dimidia in loco Furis.*

Noscat fidelis ecclesia, quod *uxor Friderici de Rodenchen, Gerbirch nomine*, dimidiam hobam, que sita est in loco, qui *dicitur Furis*, cum *filio suo Chunrado sancte Marie* pro remedio anime sue tradidit. Hujus rei testes sunt: *Ruodolfus de Morans, Chunrat de Diezen, Albrecht de Brixina.* (Lib. testament. fol 14^{a}.)

CXIV.

Anno 1168. — *Curia in loco, qui dicitur Ragen et tres agri cum pomerio in loco, qui dicitur Riscone.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter *tres fratres Chazele, Lantfridus, Heinricus*, dederunt super *altare sancte Marie* curiam unam in loco, qui *dicitur Ragene*, et tres agros cum pomerio in loco, qui *dicitur Riscone.* Duo ex ipsis *Lantfridus et Chazele* se ipsos contulerunt cum parte sua in communem vitam, tercius vero partem suam vendidit VI marcis

argenti. Hujus rei testes sunt: *Uoscalcus de Stilves, Ruopertus de Rifenstain, Fridericus et Arnoldus de Rodenchen, Ludewigus brixinensis, Otacher de Monte* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 14ª.)

CXV.

Anno 1168. — *Ager, locus in civitate brixinensi et bona in monte lagano.*

Notum sit omnibus fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod *Gozmanus et filius ejus Heinricus* tradiderunt *sancte Marie* agrum et locum, in quo domus sita est, *in civitate brixinensi* et bona, que habuerunt *in monte lagano.* Hujus rei testes sunt: *Sunzo et Heinricus, nepos ejus de Brixina, Salmannus et Uodalricus, filius ejus, Arnoldus Hackelin, Adelbertus et frater ejus Reginbertus de Clusa.* (Lib. testament. fol. 14ª.)

CXVI.

Anno 1168. — *Predium in Runkkental.*

Pateat Christi fidelibus, quod quidam *Seuvridus* in conversacione sua predium, quod habuit *Runkkental,* tradidit *sancte Marie* pro remedio anime sue. Hujus rei testes sunt: *Fridericus de Matrei, Gozmanus, Gunthart, Eberhart de Brixesene.* (Lib. testament. fol. 14ª.)

CXVII.

Anno 1168. — *Ager in villa Elves.*

Noverit fidelis ecclesia, quod quidam *Ruobertus de Torent* tradidit *sancte Marie* pro remedio anime sue cunctorumque parentum suorum agrum situm in villa, que dicitur *Elves.* Hujus rei testes sunt: *Fratres sui Philes et Liuto de Elves* et gener *suus Cozpreht, Heinricus de Brixina.* (Lib. testament. fol. 14ª, fol. 14ᵇ.)

CXVIII.

Anno 1169. — *Predium in Amlach.*

Veritatem inquirentes noscant, quod *Ludewigus ministerialis brixinensis ecclesie,* una cum *uxore sua Willibirch* predium, quod

possidet *Luvo*, situm in loco, qui dicitur *Amblach, sancte Marie* pro remedio anime sue tradiderunt. Hujus tradicionis testes sunt: *Altuom de Brixina, Marquardus Haccli, Gebehart Chroph de Monte, Herebort et Albere, milites ipsius, et Gebehardus*, servus ejus. (Lib. testament. fol. 14^{b}.)

CXIX.

Anno 1169. — *Predium in loco, qui dicitur Winchele.*

Noverit catholica ecclesia, quod *Chunradus, comes de Valeje* tradidit *sancte Marie* pro remedio anime sue cunctorumque parentum suorum predium, quod situm est in loco, qui dicitur *Winchele*. Hujus tradicionis testes sunt: *Ruobertus, miles de Nouzes* et *Heticho, miles ejus, Ortolfus Manli de Scalres*. (Lib. testament. fol. 14^{b}.)

CXX.

Anno 1169. — *Duo agri.*

Noverit fidelis ecclesia, quod quidam nomine *Adelpoto de Trunnes* tradidit duos agros *sancte Marie* pro remedio anime sue et uxoris sue et omnium parentum suorum. Hujus tradicionis testes sunt: *Eberhardus, frater uxoris sue, et filius ejus Eppo Witigo et frater ejus Eberhardus* et *Eppo preco*. (Lib. testament. fol. 14^{b}.)

CXXI.

Anno 1169. — *Magenes libertinus se cum agro sito in loco Ragene sancte Marie offert.*

Pateat omnibus in Christo fidelibus, quod quidam libertinus, nomine *Magenes*, cum agro sito in loco, qui *dicitur Ragen* quem hereditario jure possederat, se ipsum *sancte Marie* et ibi deo militantibus ad serviendum pari voto obtulit. Hujus oblacionis testes sunt: *Fridericus et Arnoldus de Varne*. (Lib. testament. fol. 14^{b}.)

CXXII.

Anno 1169. — *Ager in monte Torent situs.*

Veritatis amatoribus pateat, quod *quidam de Torent*, nomine *Dietmarus*, cum uxore sua agrum situm in ipso monte *sancte*

Marie pro remedio anime sue ac parentum suorum tradidit atque legavit. (Lib. testament. fol. 14^{b}, 15^{a}.)

CXXIII.

Anno 1169. — *Predium situm in loco, qui dicitur Silernes.*

Pateat omnibus veritatem inquirentibus, quod quedam *Berchta, filia Wirentonis de Brixina,* predium quod situm est in loco, qui *vocatur Silernes,* pro remedio anime sue ac mariti ceterorumque parentum suorum *sancte Marie* tradidit atque legavit. Hujus legacionis testes sunt: *Wirent miles, frater ejus, Albere de Uotenheim, Ortolfus de Andechs, Arnoldus de Varne.* (Lib. testament. fol. 15^{a}.)

CXXIV.

Anno 1169. — *Predium Libinich.*

Notum sit omnibus, jam Christi fidelibus, quod dominus *Chuono et mulier sua, domina Hiltegart,* dederunt *sancte Marie* predium *Libinich,* quod *Stamnizal* possedit. Hujus rei testes sunt: *Dominus Chuono ipse et filius Chuono, dominus Fritel* et *frater ejus dominus Fridericus de Spiegelperch,* dominus *Herewigus de Rabenesperch, Chunradus der Wilde, Gebehardus, miles ejus proprius,* dominus *Dietricus, ejus proprius miles, Wolfwinus ejus proprius de Spiegelperch, Werenherus, filius domini Fritel,* dominus *Heinricus, plebanus de Matreie,* dominus *Sigemarus, plebanus de Virge,* dominus *Ruodegerus de Riscone.* (Lib. testament. fol. 15^{a}.)

CXXV.

Anno 1169. — *Predium dictum Plaichen.*

Noverint omnes Christi fideles, quod *Ludewigus, brixinensis ecclesie ministerialis,* delegavit predium suum *Plaichen* cum omnibus suis pertinenciis potestativa manu *ecclesie,* que dicitur *ad gracias sancte Marie,* quod *pater ejus Waltherus* nec non et ipsemet *Ludewigus,* sicut liber testamentorum asserit, multis coram testibus delegaverant eo tenore, quod idem *Ludewigus* a manu tunc *prepositi Chunradi,* consilio et unanimi fratrum ipsius ecclesie consensu, sub eadem hora et loco duo casalia in monte

Scalris pro precaria recepit, que eciam ab antecessoribus suis, prepositis, *Heinrico et Deinhardo*, sub eadem convencione tenuerat, hoc utique laudamento firmiter interposito, quod eo decedente quidquid in eadem precaria sive armentorum sive pecorum vel cujuscunque utilitatis res inveniretur, sine omni contradictione in usum et proprietatem una cum memorato *predio Plaichen* cederet fratrum ipsius ecclesie. Hujus rei testes sunt: *Herebort de Brixina, Durinch de Nouzes, Eppo preco de Raes, Willo et Morunch de Elvis, Urso de Bosach* et *filii ejus Guoto* et *Alber, miles* domini *Reinberti de Phalenze, Arnoldus et Chunradus de Varne, Elen de Gurcke, Chunrat Gallo, Reinhart de Nouzes, Waltman de Puhelin, Mannilo de Scalris.* (Lib. testament. fol. 15[a], fol. 15[b].)

CXXVI.

Anno 1173. — *De quibusdam mancipiis in monte Shalres.*

Noverint omnes Christi fideles, tam futuri quam presentes, quod domina *Gisla de Latzfons* quedam mancipia, que *pater ipsius, fundator ecclesie Reinbertus scilicet,* cum predio, quod dicitur *Salhah in monte Shalres, beate Marie* donaverat, *Wiblam* videlicet cum liberis suis, injuste sibi vendicabat, donec admonicione *Chuonradi prepositi* pro redempcione anime patris sui in conspectu omnium filiorum suorum *Mahthildem, filiam Friderici* cum liberis suis in manum prepositi resignavit, de aliis quoque justiciam se facturam compromittens. Hujus rei testes laudati sunt apud *Merren ad ecclesium sancti Jacobi, Ekkehardus, Hainricus, Waltherus, Bernhardus,* germani, *Warmundus de Rasine et miles ejus Eberhardus et Altmannus, Chuonradus de Otenhaim.* (Lib. testament. fol. 56[a].)

CXXVII.

Anno 1174. — *Predium in Spilucke.*

Omnibus Christi fidelibus pateat, qualiter quidam *Chunradus cognomine brixinensis,* ministerialis autem ecclesie brixinensis, tradidit *ecclesie sancte Marie* predium suum, quod habuit *Spilucke,* quod *Otzo et Richer* incolunt, ea videlicet condicione, ut censum duorum denariorum augustensis monete vel unum Vrisacensem, donec vixerit, singulis annis inde persolvat, nisi pro devocione, dum adhuc super fuerit, memorata bona eidem ecclesie in integrum servire concedat. Facta sunt hec in pre-

sencia *Richeri episcopi* et *advocati Perchtoldi*, marchionis, et *filii sui Perchtoldi*. Hujus rei testes sunt: *Alber de Hohenburg, Uedelscalch de Uffelindorf, Uolrich de Anedorf, Hougo de Touvers, Alber de Wange, Lazarie de Wolfratenhusen, Gotefrit et frater ejus Grife de Andechs, Uodalricus et frater ejus Gebehart de Friuntesperch, Adelbertus urbis prefectus, Ludewigus, Ruodegerus et frater ejus Traibot, Chadelhous Albus de Brixina, Arnolt de Rodenchen, Ruopertus et frater ejus et Amelrich et Friderich de Rifenstain, Willehelmus de Velturnes, Purchart et frater ejus Chunrad de Sebene, Reinbertus Garro,* et *frater ejus Ekkehart, Grimoldus et frater ejus Heinricus et Chunrat de Castelruth* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 15^{b}, fol. 16^{a}.)

CXXVIII.

Anno 1175. — *Lis de predio in Nove decisa.*

In nomine domini amen. Ut ea, que vel racionabili judicio decisa vel amicabili convencione sopita fuerint, incontaminata perpetuo maneant et inconvulsa, dignum est, ut ad noticiam posterorum per scripturam transmittantur; unde nos presenti pagina omnibus Christi fidelibus notificamus, quod nos litem, que inter fratres *ecclesie*, que dicitur *ad gracias sancte Marie* et *Purchardum de Sebine* et ejus *fratrem Chunradum* jam diu habita fuerat pro *predio in Nove*, quod *pater eorum Purchardus* ad annuum censum XXX nummorum ab eisdem fratribus habuerat, de communi consilio fratrum kathedralium et fidelium nostrorum taliter composuimus videlicet, quod predicti germani et omni liti abrenunciaverunt et memoratum predium eidem ecclesie in proprietatem delegaverunt, ac deinde idem predium inter se ex equo dividentes quilibet eorum a manu ipsius *ecclesie prepositi Chunradi* partem suam ad annuum censum decem nummorum recepit, ea condicione firmiter interposita ut quolibet eorum decedente, ipsius porcio absque cujusque contradictione et usurpacione ad usum redeat fratrum ipsius ecclesie nec quemquam heredum ipsorum partem liberam factam sibi liceat vendicare. (Lib. testament. fol. 16^{a}.)

CXXIX.

Anno 1175. — *Curtis in Gredine.*

Ad hujus autem convencionis recompensacionem *Purchhardus de Sebine*, donavit *ecclesie* curtem quandam *in Gredine* cum

manu liberorum et predictorum fratrum suorum et eandem curtem sibi et uxori sue *Mahtildi*, donec vixerint, ad censum quinque nummorum annuatim inde persolvendum, a manu memorati prepositi recepit. *Chunradus* quoque una cum manu predictorum fratrum suorum donavit *ecclesie* curtem *in Gredine* in usum et proprietatem fratrum in perpetuum. Huic convencioni interfuerunt et testes facti sunt kathedrales canonici scilicet: *Uoldaricus, decanus, Werenherus et Purchardus, archidiaconus, Ortolfus, cellerarius, Uodalricus, scolasticus, Ruodolfus canonicus.* (Lib. testament. fol. 16ᵃ, fol. 16ᵇ.)

CXXX.

Anno 1175. — *Curtis in Pueren.*

Pateat omnibus veritatem inquirentibus, quod dominus *Ekkehardus Carre* tradidit *sancte Marie* curtem, quam habuit *Pueren*, pro remedio anime sue ac parentum suorum. Hujus rei testes sunt: *Purchardus, miles ejus, Albertus, faber de Pollingen, Albertus Wider, Richardus de Suoneburch, Chuone.* (Lib. testament. fol. 16ᵇ.)

CXXXI.

Anno 1177. — *Confirmacio, donacio et tuicio omnium possessionum nostrarum et poena non servancium idem.*

Fridericus, divina favente clemencia Romanorum imperator et semper Augustus, in perpetuum. Notum esse volumus omnibus Christi ac nostris fidelibus, quod nos *ecclesiam*, que dicitur *ad gracias sancte Marie Brixine*, ad promerendam graciam et patrocinia ejusdem gloriosissime dei genitricis nec non ad interventum dilecti *principis ac fidelis nostri, Uodalrici, aquilegensis patriache*, sub imperiali tuicione nostra cum omnibus, ad eam pertinentibus suscipimus, confirmantes ei, quidquid allodiorum donacione beate memorie *Hartmanni, brixinensis episcopi*, et *Reginberti de Sebene, fundatoris ipsius ecclesie*, et aliorum Christi fidelium oblacione adepta est vel in futurum justis modis, deo propicio, adipisci poterit. Nominatim vero *montem Vilanders* cum fodinis aliisque possessionibus, *ab Arnoldo, comite*, et prefato *Reinberto* eidem ecclesie ibidem collatis, nec non et fodinas ferri, que aput *Fursilum* reperte sunt, confirmamus et pro nostre imperialis liberalitatis

donacione prefate ecclesie conferimus, statuentes, ut jam dicta ecclesia memoratas fodinas tam in *monte Vilanders* quam apud *Fursilum* et alias possessiones ibidem constitutas cum omni jure et utilitate, que nunc vel in futurum inde provenire poterit, libere et sine alicujus contradictione teneat et possideat, ne aliqua in futurum persona nomine nostro vel aliqua alia occasione prefatam ecclesiam in hiis perturbare aut ullatenus molestare presumat. Si quis igitur contra hanc nostre institucionis, confirmacionis et donacionis paginam venire presumpserit, X libras auri componat; dimidium camere nostre et dimidium memorate ecclesie solvat, et nostra nihilominus institucio, confirmacio et donacio firma et inconvulsa permaneat. Quod ut verius credatur, presentem paginam inde conscribi et sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Data in *Veneciis* anno dominice incarnacionis M. C. LXX. VII., Indictione X. IIII., Non. Septemb., Anno regni nostri XX. VI., Imperii XX. IIII. feliciter amen. (Orginale. pergamen. in archiv. Neustift: apograph. Lib. donation fol. 2^{b}, fol. 3^{a}.)

CXXXII.

Anno 1177. — *Institucio, confirmacio et tuicio ordinis, personarum et possessionum et rerum ecclesie Novecelle per romanum pontificem.*

Alexander, episcopus, servus servorum dei Dilectis filiis, *Chunrado, preposito ecclesie,* que dicitur *ad gracias, sancte Marie* brixinensis, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, cononicam vitam professis, in perpetuum. Pie postulacio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus devocionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Ea propter dilecti in domino filii, vestris justis postulacionibus clementer annuimus et ad exemplar sancte recordacionis *Innocencii pape* prefatam ecclesiam, in qua divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, inprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona eadem ecclesia in presenciarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largicione regum vel princi-

pum, oblacione fidelium seu aliis justis modis, parante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefata ecclesia constructa est cum adjacente inferius insula, vineas et agros circa eundem locum et *civitatem Brixinam*, ab utraque parte fluminis positos, predium *in Caternate*, in *Schalrs*, in *Schaufes*, *plebem Nauces*, claustro adjacentem, cum capellis suis *plebem Chiens* cum *ecclesia Phalenze* et capellas earum cum dotibus et decimis aliisque oblacionibus ad eas pertinentibus, decimas circa *Brixinam civitatem et Schrembach* et in *monte Laian* et in *Lazefons* et *Sarentin*, *Rinswalt*, *Nevus et Nove*, *Panuchperch* et *Fursil*, in *Gredine* et *Geder*, *Eniberch*, *Cerre*, *Volnes*, *Pusterstal*, *Torent*, cum prediis in prenominatis locis jacentibus, predium quoque *Obernhove* cum capella sancti Nicolai, predium in *Dorfe et Mattenhofe*, predium in *Wibital*, *Trens* et cum aliis in predicta valle sitis, predium apud *Tal* et *sanctam Iustinam* cum decimis prope *Anras*, in *Carinthia Leimbach*, capellam sancti *Johannis baptiste in silva* cum decimis et aliis possessionibus, a nobili viro, *comite Engilberto*, vobis collatis, *Michelnbach*, *Wizzenwant*, *Nazzenvelt*, predia quoque *in Toverecke*, *Pregrad*, *Sintz*, *Ruppental*, *Libenich*, *Pokerin*, montem *Vilanders* cum fodinis et possessionibus, a *Reinberto et comite Arnoldo* vobis donatis, *villam Lenginstein* cum ecclesia *sancte Ottilie* cum aliis prediis vestris in *monte Riten*, *Andeles*, *et predium Suffan*, a comite *Chunrado* vobis donatum, vineas apud *Bozanum* cum areis et aliis pertinenciis earum, et quidquid in montibus et in vallibus, alpibus, pascuis, pratis et nemoribus, aquis aquarumve decursibus, molis et molendinis, terris cultis et incultis, quesitis et inquirendis in predictis locis aut alibi racionabiliter possidetis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium nullus omnino decimas a vobis presumat exigere. Prohibemus quoque, ut ipsius loci advocaciam nullus audeat invadere aut hereditario jure usurpare, nisi quem prepositus et fratres ejusdem loci secundum deum sibi utilem esse prospexerint, cui cum consilio fratrum prepositus una cum episcopo officium advoacie pro remedio tantum anime sue sine questus gracia committat, ita quidem ut principali advocato vices suas nulli mortalium liceat in beneficium concedere. Nulli quoque ecclesiastice secularive potestati liceat

ecclesie vestre vel hominibus vestris angarias vel alias exactiones indebitas imponere aut secularia placita vel secularium causarum conventicula, ecclesiastice quieti et religioni contraria infra terminos ejusdem loci ex condicto exercere, sicut hactenus est observatum. Prohibemus eciam, ut nec tibi nec cuiquam successorum liceat de novo bona vel decimas ecclesie ejusdem cuiquam infeodare. Liceat quoque vobis, clericos vel laicos, e seculo fugientes, liberos et absolutos ad conversionem recipere et in vestra ecclesia absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem fas sit, de eodem loco sine licencia prepositi sui discedere; discedentem vero absque communium literarum vestrarum caucione nullus audeat retinere, nisi forte ad arctiorem vitam velit transmigrare. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devocioni et extreme voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat, salva tamen justicia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis januis, non pulsatis campanis, exclusis interdictis et excommunicatis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc ejusdem loci preposito, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subrepcionis astucia seu violencia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, prescriptam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablata retinere, minuere seu quibuslibet vexacionibus fatigare, sed omnia integra et illibata serventur eorum, pro quorum gubernacione ac sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica justicia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco

sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Ego *Alexander, catholice ecclesie episcopus,* Ego *Hubaldus, hostiensis episcopus,* ego *Qualterius, albanensis episcopus,* ego *Chunradus, moguntinus archiepiscopus et sabinensis episcopus,* ego *Guilielmus portuensis et sancte Rufine episcopus,* ego *Manfredus, prenestinus episcopus,* ego *Aldebrandus, basilice XII apostolorum presbyter cardinalis,* ego *Johannes presbyter cardinalis titulo sancte Anastasie,* ego *Boso, presbyter cardinalis sancte Pudenciane titulo pastoris,* ego *Theodinus, presbyter cardinalis sancti Vitalis titulo Vestine,* ego *Petrus presbyter cardinalis titulo sancte Susanne,* ego *Jacobus, diaconus cardinalis sancte Marie in Cosmedin,* ego *Ardicio, sancti Theodori diaconus cardinalis,* ego *Cinthyus, diaconus cardinalis sancti Adriani,* ego *Hugo, diaconus cardinalis sancti Eustachii juxta templum Agrippe,* ego *Hugo, diaconus cardinalis sancti Angeli,* ego *Loberarius, diaconus cardinalis sancte Marie in porticu,* ego *Raynerius, diaconus cardinalis sancti Georgii ad velum aureum.* Datum *Veneciis in Rivo alto* per manum *Graciani sancte romane ecclesie subdiaconi et notarii* XIII. Kalend. Junii, Indict. X., incarnacionis dominice anno M. C. LXX. VII., pontificatus vero domini *Alexandri* P. P. III. anno XVIII. . (Original. pergamen. in archiv. Neustift, apograph. in Lib. donation. fol. 3ª — fol. 5ª.)

CXXXIII.

Anno 1177. — *Litera imperatoris Friderici pro concessione mercatus jure forensi in villa Lengenstein in monte Rytten.*

Fridericus, divina favente clemencia Romanorum imperator et semper Augustus, notum esse volumus omnibus Christi ac nostris fidelibus, quod nos *ecclesie,* que dicitur *ad gracias sancte Marie Brixine* intuitu ejusdem beate dei genitricis ac pro salute nostra ac pro felici statu imperii nostri mercatum in villa, que dicitur ad sanctam *Ottiliam Lengenstaine in monte Ritthen* habendum concessimus cum omni forensi jure et utilitate, que inde provenire poterit, uolentes et imperiali auctoritate statuentes, ut prefata eclesia jam dictum mercatum cum omni libertate absque cujusquam contradictione aut perturbacione ad suam ipsius utilitatem et pro deo peregrinancium commoditate teneat

et possideat. Quod ut verius credatur et inconvulsum perpetua firmitate permaneat, presentem inde paginam conscribi et sigillo nostro jussimus insigniri. Datum *Veneciis* anno divine incarnacionis M. C. LXXVII., Indict. X., V. kal. Septembris, anno regni nostri XXVI., imperii vero XXIIII. Feliciter Amen. (Registrat. vet. tom. III, pag. 74[b].)

CXXXIV.

Anno 1178. — *Ager secus pontem pendentem.*

Noscant Christi fideles, quod *Heinricus, brixinensis ecclesie episcopus*, tradidit *sancte Marie* agrum, quem habuit secus *pontem pendentem*. Hujus rei testes sunt: *Uodalricus, prepositus, Waltherus de Monte, Fridericus filius*, dominus *Werenbertus, Chunradus de Pongou, Luipolt de Nochstein* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 16[b].)

CXXXV.

Anno 1178. — *De advocacia bonorum ecclesie nostre, quis eam habere debeat.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Cum juxta numerum et qualitatem donorum, divinitus collatorum, habenda sit in extremo judicio examinacio severa, salutare et necessarium est, cuilibet fideli, ut subtili indagine metiatur divine pietatis beneficia, ut toto nisu percepta munera convertat ad sui largitoris obsequia. Unde ego *Perchtoldus, marchio Hystrie* et *advocatus sancte brixinensis ecclesie*, recognoscens me debitorem pro multis beneficiis, que mihi, licet immerito et indigno, divina bonitas contulit, omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, innotescere cupio, quod ego pro adipiscenda domini nostri Jesu Christi gracia et sancte genitricis ejus advocaciam bonorum *ecclesie*, que dicitur *ad gracias sancte Marie in Novacella* numquam alicui infeodavi nec infeodabo, sed pro quiete fratrum, ibi deo famulancium, eandem advocaciam, quamdiu vixero, ad manus proprias retinebo. Nam cum tempore *domini Ottonis, fratris mei, tunc brixinensis electi nunc autem babenbergensis episcopi, Purchardus senior de Sebene* quorundam bonorum predicte ecclesie advocaciam sibi usurparet, *Deinhardus*,

sepe dicte ecclesie nunc prepositus, coram fratre meo prenominato electo et me, presente predicto *Purchardo* et aliis brixinensis ecclesie fidelibus et ministerialibus, obtinuit, quod advocaciam bonorum prefate ecclesie nullus habere debeat nisi principalis advocatus. Ut autem hoc perpetua stabilitate inconvulsum permaneat, presentibus dominis meis *Ottone*, *babenbergensi episcopo*, et *Hainrico*, *brixinensi episcopo*, presentibus et fidelibus et ministerialibus nostris et aliis multis, predicte ecclesie hoc scriptum sigillo proprio signatum sollempniter trado. (Lib. donation. fol 2^a, fol. 2^b.)

CXXXVI.

Anno 1179. — *Curtis in Runke.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod dominus *Charl de Ouwern* tradidit *sancte Marie* curtem, quam habuit *Runke*. Hujus rei testes sunt: *Werenherus*, *Warmundus*, *fratres sui*, *Chunradus de Perenpach*, *Ernest Stantfraz*, *Chuone de Uotenheim*. (Lib. testament. fol. 16^b.)

CXXXVII.

Anno 1179. — *Predium in Nozes.*

Noscant Christi fideles, quod dominus *Kadelhohus de Nouzes* delegavit super *altare sancte Marie* per manus domini *Arnoldi de Rodenchen* predium, quod habuit *Nouzes* pro remedio anime sue ac parentum suorum. Hujus tradicionis testes sunt: *Herewicus, et Werenherus, canonici majoris ecclesie, Regenhardus, Fridericus, Willehelmus, Eberhardus de Nouzes, Egeloufus, Uolricus de Virge.*

CXXXVIII.

Anno 1179. — *Curtis in Tuferes.*

Noscant tam futuri quam presentes, quod dominus *Uolscalcus de Rifenstein* delegavit super *altare sancte Marie* curtem, quam habuit *Touferes*. Hujus rei testes sunt: dominus *Purchardus, decanus,* dominus *Uolricus,* dominus *Chunradus, custos,* dominus *Hartwigus,* dominus *Werenherus, archidiaconus, Regen-*

bertus Hawechare, Merebote de Brixina, Uolricus Musouge, Merebote de Uotenheim, Urse de Puosach et filius ejus *Perchtoldus* et alii quam plures. (Liber testament. fol. 17ª.)

CXXXIX.

Anno 1179. — *Predium in Wizenpach.*

Omnibus Christi fidelibus pateat, quod dominus *Chuonradus de Uotenheim* tradidit predium *sancte Marie*, quod habuit *Wizenpach*, per manus domini *Ekkehardi Charronis*. Hujus tradicionis testes sunt: dominus *Sigeloch*, et fratres sui *Trabote et Ruodeger*, dominus *Witego* et frater ejus *Waltherus, Purchardus*, miles domini *Ekkehardi, Hereman et Rapote de Perhtheresgadene*. (Lib. testament. fol. 17ª.)

CXL.

Anno 1180. — *Predium in Puochperch.*

Veritatem inquirentes noscant, quod dominus *Ruodegerus de Villa sancti Martini* et filii ejus, *Ruodolfus et Ruodegerus*, delegaverunt super *altare sancte Marie* predium, quod habuerunt *Puochperch*, pro eterna remuneracione. Hujus tradicionis testes sunt: dominus *Gotscalcus de Nouzes*, *Uolricus de Virge, Egelofus pellifex, Regenhardus et Heinricus*, frater ejus, *Uolricus pistor*, Kuonradus Calle, *Eberhardus et Alberus de Rischone* et quam plures alii. (Lib. testament. fol. 17ª.)

CXLI.

Anno 1180. — *Curtis in March.*

Notum sit omnibus fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod dominus *Fridericus de Welfesperch* tradidit *sancte Marie* curtem, quam habuit *March*, quam delegavit *frater suus Ruopertus* pro eterna remuneracione. Hujus tradicionis testes sunt: *Amelricus, frater ejus, Hiltegrim de Riscon, Heinricus Chalp, Heinricus Anrain, Ruopertus de Niwenburch, Pertholdus Chlafschinche, Heinricus Herscaft, Chuonrat de Brixina*. (Lib. testament, fol. 17ᵇ.)

CXLII.

Anno 1180. — *Predium in Spiluke.*

Omnibus Christi fidelibus pateat, qualiter dominus *Chunradus*, qui dicitur *brixinensis*, tradidit *sancte Marie* predium, quod habuit *Spiluke*, tam cultum quam incultum, pro remedio anime sue et omnium parentum suorum. Hujus rei testes sunt: *Werenpertus de Chastelrut* et filius *Gebehardus*, *Marchwardus Graman*, *Regenhardus et Regenbertus de Nouzes*, *Regenhardus de Uotenheim*, *Heinricus Wirsinch*, *Heinricus de Tuferes*, *Wigand Specht* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 17^{b}.)

CXLIII.

Anno 1181. — *Predium Colles.*

Noverit tam presens quam futura ecclesia, quod *Marchwardus de Trenses* et *filii ejus* et *Diemuot et Albertus*, *filius ejus*, predium, quod habuerunt *Colles*, quesitum et non quesitum, potenti manu tradiderunt *sancte Marie* per manus dominorum suorum scilicet *Wolscalci de Stilfes et urbis prefecti Alberti*, presente *Heinrico episcopo brixinensi*. Hujus tradicionis testes sunt: *Gotscalcus*, *Werenherus*, *Heremannus de Fogetesperch*, *Uolricus Musouge*, *Ludewich de Trens*, *Megenhart de Brixina*, *Regenhart et frater ejus Henricus Chalp*, *Egelof*, *Liuto*, *Megenhart de Rodenchen*. (Lib. testament. fol. 17^{b}.)

CXLIV.

Anno 1181. — *Predium in Obernhoven.*

Notum sit Christi fidelibus, qualiter dominus *Arnoldus de Stubei*, *ministerialis marchionis Perhtoldi* de *Andechs*, consensu *Juote*, *uxoris sue*, predium suum in *Obernhoven* pro remedio anime sue et parentum suorum ad *altare sancte Marie* tradiderunt. Ut igitur ista tradicio firma et quieta et inconvulsa permaneat, per manum predicti marchionis confirmata est et delegacio facta est ab *Heinrico*, *brixinensi episcopo*, rogatu predicti marchionis. Hujus tradicionis testes sunt: *Witego et fratres sui*, *Hartwigus et Waltherus*, *Regenbertus Hasplare*, *Sygeloch et fratres sui Traboto et Ruodeger*, *Gotscalcus et fratres*

sui, Fridericus et Regenbertus de *Touveregen* et *Willehelmus de Nouzes, Purchart de Tachinnen, Ruodolfus de villa sancti Martini* et quam plures alii. (Lib. testament. fol. 17^{b}, 18^{a}.)

CXLV.

Anno 1181. — *Ager in Varne.*

Pateat cunctis fidelibus, quod dominus *Otager et fratres sui de Nivenburch* tradiderunt *sancte Marie* agrum, quem habebant *Varne*, pro eterna retribucione. Hujus tradicionis testes sunt: *Otager de Wuolenpach, Ruodeger de Olagen, Gebeze de Monte* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 18^{a}.)

CXLVI.

Anno 1181. — *Predium ad Mulbach.*

Notificamus, quod *Eberhartus et Werenherus, ministeriales brixinenses*, cum uxoribus et liberis *suis sancte Marie ad novam cellam* tradiderunt predium, quod habuerunt ad *Mulbach*, pro remedio anime sue et pro XII solidis. Testes sunt: *Chunradus de Vurmian, Arnoldus de Rodench* et *Gotfridus, miles ejus, Duringus et Gotscalcus de Nouts.* (Lib. testament. fol. 18^{a}.)

CXLVII.

Anno 1181. — *Mansus apud Elves.*

Cupimus esse notum, quod quedam ministerialis ecclesie brixinensis, nomine *Chunigunt de Morit*, tradidit ad *altare sancte Marie in nova cella* pro remedio anime sue et parentum suorum mansum unum aput *Elves.* Hujus tradicionis testes sunt: *Episcopus Hainricus*, qui predium idem suscepit, canonici brixinensis ecclesie, *Chunradus, custos, Werenherus de Oweren, Wintherus, Ulricus*, et alii clerici, *Ruobertus, Eberhardus; laici: Purcgravius et filius ejus Ernst, Hainricus de Vagne, Hainricus de Pesingen, Ottaker de Monte, Wigand Specht, Arnoldus Hekel, Herman, Marchwardus.* Hoc eciam sciri volumus, *quod Albertus nepos* et *Guita neptis ejusdem Chunegundis*, abrenunciaverunt omni juri, quod dicebant se habere in eodem predio. Cujus rei testes sunt: *Chuonradus custos et Wintherus, frater ejus,*

Ruodolfus et fratres ejus, *Arnoldus et Fridericus, Altmannus et Ulscalcus de Monte, Werenherus de Oweren* et alii. (Lib. testament. fol. 18ᵇ.)

CXLVIII.

Anno 1182. — *Predium in Laian.*

Sciri volumus, quod quidam *Stephanus de Witental*, ministerialis brixinensis, predium, quod habuit *in Laian*, tradidit ad *altare sancte Marie ad novam cellam* pro remedio anime sue et parentum suorum. Hujus rei testes sunt: *Hainricus de Rodench, Eglolfus, Reinhart, Hainricus Chalp, Uolricus, Ruodolfus de Viltsan, Uolricus de Virge, Luitto pellifex.* Postea vero ad abundanciorem cautelam eadem tradicio confirmata est per uxorem et filios et filias predicti *Stephani*, ita quod uxor ejus *Geza* et *filius ejus Perhtoldus* et *filie ejus Friderun* et *Elmuot* et *Adelhait* ratam habuerint tradicionem, a jam dicto *Stephano* factam, et abrenunciaverint publice ante ecclesiam *in Witental* in manus *prepositi Chunradi* omni juri, quod in predicto predio habere videbantur. Testes hujus rei sunt: *Albanus, plebanus in Rodank*, et *Engelmarus, clericus ejus, Dietmarus de Witental* et *filii ejus, Luipoldus, Rudigerus et Dietmarus, Dienperht, Willo, Rakke, Guoto de Chegel, Engelmar, Willo, Pero, Chuonrat, der mesinaere, Ratolt faber, Perhtolt, Gotebolt.* (Lib. testament. ol. 18ᵃ.)

CXLIX.

Anno 1182. — *Litera composicionis inter monasterium novecellense et Brigidam pro predio in Plaichen, eidem monasterio adjudicato.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti in perpetuum Amen. Ut cuique sua justicia inviolabiliter conservetur, dignum est, ut lis et questio, racionabiliter sopita et terminata, ad noticiam posterorum sacris apicibus transmittatur. Unde ego, videlicet *Otto, babenbergensis episcopus*, et *Hainricus, dei gracia brixinensis episcopus*, et *Bertholdus, marchio Hystrie ac brixinensis ecclesie advocatus*, presenti pagina notificamus omnibus Christi fidelibus, futuris et presentibus, quod lis et questio, que inter fratres *ecclesie*, que dicitur *ad gracias sancte Marie Brixine*, et *Brigidam, viduam Ludwici*, pro predio, quod *dicitur Plaichen*,

vertebatur, taliter est decisa. Siquidem memoratum predium, sicut asserit liber testamentorum, ipsi ecclesie *a Balthero*, ejusdem *Ludwici* patre, tempore prime fundacionis in presencia bone recordacionis *Hartmanni*, *episcopi*, et multorum nobilium de terra ac ministerialium ecclesie fuerat antea delegatum et postea similiter ab *eodem Ludwico* delegatum et precaria pro ipso predio ab *Hainrico, primo ipsius ecclesie preposito*, et a fratribus recepta ac sub multorum presencia auctoritate memorati *episcopi Hartmanni*, nulla excepcione interposita, confirmata, sicut *Albertus urbis prefectus*, nunc a nobis districte requisitus, libro testamentorum concordans, publice est attestatus, sicut eciam consequenter *a Deinhardo, ipsius ecclesie preposito*, dum ego, videlicet *Otto*, administracionem *brixinensis ecclesie* gererem, testibus idoneis et sufficientibus in mea presencia, eodem *Ludwico coram* posito, manifeste est comprobatum; temporibus quoque successorum meorum episcoporum, *Hainrici videlicet et Richeri*, similiter est a *Chonrado*, nunc *ibidem preposito* cum eodem *Ludwico* renovatum et coram me *Bertholdo*, *videlicet advocato*, et filio meo *Bertholdo*, *duce nunc Dalmacie*, publicis placitis, ipso Ludwico presente racionabiliter manifestatum. Super hec tamen omnia, decedente *Ludwico*, memorata *Brigida*, fratribus ipsius ecclesie semper adversus eam clamantibus, eidem predio adhesit et super hoc a me, videlicet *Hainrico, nunc episcopo brixinensis*, sepius legitime citata non venit, nec qui pro ea responderet, misit. Demum tamen veniens et fratribus iterum hanc questionem movens, tamen diligenter utriusque indagata justicia et tam scriptorum assercione quam urbis prefecti, sicut jam dictum est, et aliorum multorum attestacione veraciter cognita, ex consilio nostro pro pie memorie *mariti sui Ludwici* redempcione juxta ejus donacionem primam ecclesiam ulterius inquietare destitit et quiete possidere consensit. Testes: *Hainricus de Hergolresbach*, *Bernhardus de Wilheim*, liberi, *Gotschalcus de Andechsen, Lazarus de Wolfrathusen, Ulricus de Freuntsperg et frater ejus Hainricus, Hainricus Snekke, Rudolfus de Hohenrain, Hainricus et frater ejus Hans* de *Shalinchaim*, *Hainricus de Baheringen*, *Siboto de Kirchhaim* et frater *ejus Chonradus, Babo de Studenbach, Eberhardus*, *maritus ipsius Brigide*, *Gotschalcus de Rasine* et alii quam plures de domo advocati; *Conradus* quoque, cognomine *brixinensis*, *Arnoldus de Rodanko*, *Albertus, urbis prefectus, Burchardus et frater ejus Conradus de Sebene*,

Albertus et frater ejus Gotschalcus, Werenbertus et filius ejus Fridericus et quam plures de *Castelrut, Reinbertus et Werenherus de Velse, Warmundus et Volchmarus de Rasine, Otaker et fratres ejus Rudbertus* et *Hainricus de Monte, Ekkehardus Garrinus* et *frater ejus Baltherus, Waltherus et frater ejus Hartwicus de Rischone, Reimbertus et Hainricus de Phalenz, Traboto et frater ejus Rudgerus, Hainricus Wolftrügel* et *frater ejus Magens* de *Dietenheim, Hermanus et Gotschalcus de Voitsperg, Arnoldus Hakel, Fridericus de Kelburg et frater ejus Gebehardus, Gotboldus de Schöneck,* de *Ufhoven Kobolt* et *fratres ejus Eppo et Kadelhoh, Wilhalm et fratres ejus Luttoldus, Landfrid, preco,* et alii quam plures ministerialium ac de familia brixinensis ecclesie, de *Tuvers Ulricus, Cahul, Hainricus et frater ejus Siboto Würsung, Ekkebertus et frater ejus Hainricus, Hadbertus, Wechilo et frater ejus Reinhardus, Conradus de Dietenheim, Leopoldus de Hokstain, Conradus de Bongau.* Actum anno dominice incarnacionis M. C. LXXXII., Indict. II., die IIII. kal. Novembris apud *Ufhoven* feliciter Amen. (Vetus registrat. tom. II., pag. 133[b] — 135[b].)

CL.

Anno 1183. — *Bona in Hasenriet.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod *Reinbertus de Phfalnce, ministerialis brixinensis ecclesie,* tradidit *ad altare sancte Marie in nova cella* pro remedio anime sue et omnium parentum suorum bona, que habuit *Hasenriet,* que colit *Perhtoldus.* Hujus tradicionis testes sunt: *Arnoldus de Rodenchen* et *cognatus ejus Hugo, dominus de Sconekke,* et milites ejus *Gopoldus et Siboto* et *cognati eorum, Humbertus et frater ejus Heinricus de Phalnze, Sigehardus de eodem loco, Heinricus de Dietenheim, Fridericus de Nouzes* et frater ejus *Reginbertus, Ingrammus, Reinhardus, Marquardus, fratres, cognati ejusdem Reimberti, Wigandus Specht de Suneburch.* (Lib. testament. fol. 18[b].)

CLI.

Anno 1183. — *Lis decisa de prediis sitis in Poumburch.*

Notum sit universitati fidelium, quod, cum questio verteretur inter *Arnoldum de Rodenken* et *Chuonradum de Grabenstat*

pro prediis sitis in *Poumburch*, que *Fridericus*, *pater predicti Arnoldi*, commutaverat ab *ecclesia Novecelle*, et jam dictus, *Chuonradus* predicta predia sibi jure hereditario vendicaret, postulavit idem *Arnoldus*, ut jam dicta ecclesia predia *de Poumburch*, que patri suo in concambium data fuerant, sibi confirmaret, vel ut ea predia, que pater suus pro eodem concambio ecclesie tradiderat, sibi restitueret. Cumque diu hinc inde altercatum esset, facta est transactio inter *Chuonradum et Arnoldum* de omni lite, que inter eos erat, et *ecclesia Novecelle* dedit predicto *Arnoldo* octo libras augustensium et ipse renunciavit omni juri, quod habere videbatur in prediis, que pater suus jam dicte ecclesie contulerat, videlicet ut quidquid questionis ipse de cetero sustineret in prediis de *Poumburch*, ecclesia tamen de cetero quiete et sine omni vexacione possideret predia, que sibi pro eodem concambio collata fuerant. Acta sunt hec *in castro Chelburch* coram domino *episcopo Hainrico*, presente *Chuonrado preposito* et fratribus suis *Chunone* et *Heberhardo et Hainrico et Ruodolfo* converso et aliis clericis, *Ulrico canonico*, item *Ulrico aurifice*, et *Regulo*, et laicis, *Chuonrado de Grabenstat, Arnoldo de Rodenken, Hainrico de Salekke, Ekkehardo Garre* et *fratre suo Walthero, Humberto de Phalnce* et fratre *suo Hainrico, Walthero dapifero de Monte, Otakero de Wuolenpach, Werenhero de Morans, Friderico de Kastelrutte*, qui onmes testes facti sunt et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 19ª.)

CLII.

Anno 1184. — *Predia in Coste.*

Innotescere volumus omnibus Christi fidelibus, quod *quidam tridentinus ministerialis, nomine Chuonradus de Fürmian*, tradidit *ecclesie sancte Marie in Novacella* per manum domini sui *Alberti, tridentini episcopi*, predia, que habuit *Coste*, pro XX libris Rettisponensium et IV libris Augustensium, presentibus et cooperantibus comparibus suis, ejusdem ecclesie ministerialibus, clericis et laicis. Hujus tradicionis testes sunt: *Hainricus, augensis prepositus*, et *Waltherus, frater ejus, Albertus de Porta, canonicus tridentinus, Chunradus, capellanus, Albertus, notarius, Amelricus de Welfesberch, Heinricus de Salekke, Heinricus, brixinensis, Gumpo de Madreuth, Ribaldus et filius ejus Perhtoldus,*

Otto de Liehtenstain, Gotscalcus Scoberle, Hartwicus de Winekke, Duringus de Furmian, Albertus Gaje, Pernhardus de Bozano et *frater ejus Guntherus, Arnoldus Prie* et *frater ejus Ratoldus, Chuonradus, Ulricus, depictor, Hiltbrandus parvus, Basilicon* et alii quam plures. (Lib. testament fol. 19ᵇ.)

CLIII.

Anno 1185. — *Lis de Huba in Witental decisa.*

Notum sit universitati fidelium, quod lis illa, que fuit inter fratres de *Novacella* et *Wilhelmum de Velturns* pro huoba, quam dedit *Stephanus de Witental ecclesie sancte Marie,* hoc modo sopita est, quod prepositus et fratres dederunt predicto *Wilhelmo* IV karradas vini et ipse abrenunciavit penitus omni juri, quod se in predicta huoba habere dicebat et eandem huobam de novo delegavit super *altare sancte Marie.* Hujus rei testes sunt: *Arnoldus de Rodenk* et milites ejus, *Hermannus, Werenherus, Walchuon, Siboto de Albins, Rembertus de Velles* et miles *ejus Ruodolfus, Burchardus de Sebene, Otto de Winekke,* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 19ᵇ.)

CLIV.

Anno 1185. — *Predium in Carne.*

Eadem die *Hermannus de Rodenk* tradidit *ecclesie sancte Marie* per manum domini sui *Arnoldi* predium, quod habuit *Caerne,* quod colit *Minigo,* eo pacto, ut ipse, quamdiu viveret, et duo *filii ejus, Eberwinus et Perhtoldus,* ecclesie nomine ejusdem predii annuum censum persolverent, videlicet XII nummos, et ejus filiis morientibus, sive heredes habeant sive non, predium ipsum sine omni impedimento ad ecclesiam redeat. Hujus rei testes sunt: *Arnoldus de Rodenk, Werenherus, Walchuon, Siboto de Albins* et alii. (Lib. testament. fol. 20ᵃ.)

CLV.

Anno 1185. — *Predium situm in Velles in loco, qui dicitur Aichach.*

Et hoc ad noticiam omnium fidelium venire volumus, quod *Chunradus de Sebene,* dum conderet testamentum in extre-

mis suis, delegavit *ecclesie sancte Marie* predium quoddam situm in *Velles* in loco, qui dicitur *Aichach*, quod colit quidam *colonus canonicorum brixinensium*, cognomine *Chasewazzer*, cum omni integritate et omnibus cultis et incultis, ad idem predium pertinentibus. Huic delegacioni interfuerunt: *Heinricus de Velles* et *Fridericus de Castelrut.* Postea vero *frater ejus Eberhardus* votum fratris sui execucioni mandans idem predium tradidit ecclesie memorate. Hujus rei testes sunt: *Rudigerus et Trageboto, Rudolfus de Velles. Purchardus quoque frater ejus* eandem delegacionem confirmavit per tradicionem. Hujus rei testes sunt: *Heberhardus de Sebene, Perchtoldus de Tiers, Fridericus de Nouzes.* (Lib. testament. fol. 20ª.)

CLVI.

Anno 1185. — *Termini predii in Colles.*

Isti sunt testes, qui interfuerunt, ubi assignati termini inter predium *sancte Marie*, quod habet in *Colles*, et predium *Reimberti* et uxoris et socrus sue ibidem situm. Primo canonici majoris ecclesie ad hoc ipsum a domino episcopo missi, *Purchardus, decanus, Uolricus, archidiaconus, Chunradus, custos, Werenherus de Oweren.* Homines domini episcopi, *Lantmannus et frater* ejus *Geroldus, Arnoldus Hake, missus ab urbis prefecto, Gotschalcus, miles prefecti, Engelbertus de Vaerne, colonus prefecti, Enzo de Vaerne, villicus canonicorum, Salmannus de Brixina, Chunzo de Brixina, Joannes de Brixina,* molendinarius domini *Uolscalci*, *Ruodiger de Vaerne, colonus domini Arnoldi.* De familia nostra: *Genanno, Scaelrich, Arnolt, Jannes vinitor et fratres sui, Reinhardus, Hainricus, Rubertus Zagel, Albero, Egilolf, Albrich, et alii multi de* familia nostra. (Lib. testament. fol. 20ª.)

CLVII.

Anno 1186. — *Duo predia in monte Scalres.*

Ad omnium fidelium Christi noticiam pervenire volumus, quod *tres fratres, Sigelohus, Ruidigerus et Trageboto* duo predia (allodia) in *monte Scalres*, que colunt *Maerte et Ginanno*, tradiderunt *ecclesie sancte Marie in nova cella* pro remedio animarum

suarum et parentum suorum ad usus fratrum, deo ibi serviencium et pro necessitatibus hospitum et pauperum, ibi superveniencium. Hujus rei testes sunt: *Albertus, Purcgravius, Arnoldus Hako, Weribertus de Castelrut, filius Eginonis, Hartwicus Graman, Karolus de Saerentin, Witemar, Uolrich, Tocscilt, Reinhardus de Nouzes* et frater *ejus Eberwinus, Ebo de Nouzes.* (Lib. testament. fol. 20ᵇ.)

CLVIII.

Anno 1186. — *Ager sic dictus Furtacker in Ragen.*

Ad omnium fidelium Christi, tam presencium quam futurorum, noticiam pervenire volumus, quod quidam ministerialis brixinensis ecclesie, *Alram vocatus de Ragen*, agrum quendam ibidem situm, nomine *Furtacker,* tradidit *ecclesie sancte Marie in nova cella* pro remedio anime sue et parentum suorum, ea condicione, ut ipse, quamdiu vivit, dimidium modium grani singulis annis inde persolvat jam dicte ecclesie; eo vero decedente, sive liberos habeat sive non, nullus successorum suorum aliquid juris sibi in eodem agro audeat vendicare, sed libere et absque contradictione cedat in usus et dominium ecclesie memorate. Hujus rei testes sunt: *Heinricus de Riscone, Luitolt de Ragen, Reinperht de Ragen, Marchwart, privignus ejusdem Alrami, Purchart, Perenger, Diepolt, Sigehardus de Villa sancti Martini, Hainrich Herschaft, Diepoldus et Pabo.* (Lib. testament. fol. 20ᵇ, fol. 21ᵃ.)

CLIX.

Anno 1187. — *Hoba in Elves.*

Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus et ecclesie, quod, cum *Albertus de Riscon* impeteret *ecclesiam Novecelle* pro hoba, sita in *Elves,* quam avia sua *Chunigundis* predicte ecclesie contulerat, jam dicta *Chunigundis* eandem hobam confirmavit ecclesie coram marchione, testibus probando, quod idem *Albertus* consilio amicorum suorum penitus renunciaverat tam predicte hobe quam omnibus aliis, que predicta *Chunigundis* tunc possedit, exceptis his prediis et mancipiis, que ipsa sibi tunc nominatim reservavit. Exinde data est sentencia, quod

ecclesia huobam predictam de cetero quiete possidere deberet. Hujus rei testes sunt: *Uolscalc de Uffendorf*, *Eberhard de Maisach*, *Gotfrid de Andechs*, *Purcgravius de Brixina*, *Otager de Niunburg* et frater ejus, *Chuonradus*, *custos*, *Ruotpertus*, *Heinricus*, *Herbrant*, *Warmundus* et *frater ejus Werenherus*, *Ekkehardus Karro*, *Altman de Monte*, *Volchmar de Rasin*, *Arnoldus Hako*, *Merbot de Brichsen*, *Trabot*, *Rudeger de Foris*, *Werenherus de Foitesberg*, *Ulricus Spisar*. (Lib. testament. fol. 20^{b}.)

CLX.

Anno 1187. — *Lis de tribus mansis in Tobrich sedata.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod lis illa, que vertebatur inter *ecclesiam sancte Marie in nova cella* et *comites de Leximunde*, *Diepoldum et Heinricum*, pro tribus mansis *in Tobrich* sitis, quos jam dicta ecclesia a predictis comitibus et matre eorum sexaginta duabus marcis ante comparaverat, mediante *brixinensi episcopo Hainrico* et *capellano imperatoris Ortolfo* et aliis multis honestis viris, hoc modo sopita est de consensu utriusque partis. Prepositus et fratres denominate ecclesie dederunt *comiti Heinrico* XV marcas Friesacensium et consiliariis marcam et dimidiam; et idem comes predictos tres mansos de novo tradidit cum omni jure sepedicte ecclesie ita videlicet, ut ecclesia tam proprietatem quam possessionem haberet; idem tamen comes jam dictos mansos ab ecclesia ad annuum censum habere deberet et singulis annis nomine pensionis trecentos caseos persolvere ecclesie memorate. Eo vero decedente nec filii sui, si quos haberet, nec frater vel ejus filii vel alii quicunque successores aliquid juris vel in proprietate vel in beneficio vel alio quocunque modo in predictis mansis sibi vendicare poterunt, sed ecclesia libere et absque contradictione plena auctoritate potestatem habebit disponendi predictos mansos ad usus suos, prout sibi noverit expedire. Hujus rei testes sunt: *Heinricus de Nivenburc*, *Ruodegerus miles*, *filius Wintheri*, *Fridericus*, *sacerdos de Aznich*, *Hainricus*, *sacerdos de Materai* et *Joannes*, *Sigmarus*, *sacerdos de Virige et Walterus*, *Ruodegerus*, *ministerialis comitis*, *Magenes*, *Alramus et frater ejus dictus Chuonradus*, *Philippus aurifex*, *Ernest*, colonus noster. Sed ne *comes Diepoldus vel*

ejus heredes pro jam dictis mansis prefatam ecclesiam impetere posset, idem comes *Diepoldus* de peticione *fratris sui, comitis Hainrici*, penitus renunciavit omni juri, quod in predictis mansis habere poterat. Hujus rei testes sunt: *Dietricus, gurcensis episcopus*, jam dictus *comes Hainricus, comes Otto de Ortenburch, Witemarus de Sumereke, Hainricus de Gesieze, Diepoldus de villa sancti Martini, Heribrandus de Niwenburch* et *Ruodegerus, filius Wintheri*, item *Ruodegerus, Chuno de Chienburch.* (Lib. testament. fol. 21[a], fol. 21[b].)

CLXI.

Anno 1187. — *Feudum in monte Schalres.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod *Hugo de Schonenheke* feudum, quod habuit *Schalres*, resignavit *episcopo Heinrico* ea condicione, quod idem episcopus jam dictum feudum traderet *ecclesie sancte Marie in nova cella*, presentibus his testibus: *Uolrich, sacerdos de Novacella, Chúonrat, presbyter de Pollingen, Uolrich, capellanus de villa sancti Martini, Perhtolt, canonicus Indihhingensis, Hougo, Reinbertus de Nouces, Albrecht de Rischone, Arnolt, Perhtolt, Heidenrich, Guntherus, Hainrich*, homines *jam dicti Hugonis, Gotschalcus de Sthesze, Waltherus dapifer, Otto de Tisenes, Gotschalch, marschalcus, Hereman de Chlusa, Reinbert de Albines.* Episcopus predictus vero juxta peticionem *memorati Hugonis* tradidit *ecclesie sancte Marie* predictum feudum cum omnibus ad ipsum pertinentibus, agris, pratis, pascuis et aliis quibuscunque utilitatibus infra terminos istos constitutis, *Weriantesecke, Vats, Vlacvaldúr, Valakepach.* Interfuerunt autem huic tradicioni *Búrchardus, decanus brixinensis, Uolricus, custos, Uolricus de Suoneburch, Chuonradus, monachus de sancto Georgio, Albertus, sacerdos de Brixina, Uolschalcus de Rivenstein* et milites sui, *Uolricus, Uolrich, Houbare, Albertus Ruoze, Merebot, Albero, Heinricus, Amelricus et milites sui Engelbreth, Ruodolf, Arnoldus de Rodanch* et milites sui, *Hereman, Perhthold, Gotfrit, Hainrich de Rodanch, Volchmar de villa sancti Martini, Hainricus de Salekke, Ernest et frater suus Fridericus* et milites eorum, *Witimar, Uolrich, Werenherus, Wigant, Gotschalcus de Nouces* et fratres sui, *Hugo de Schönekke* et milites *sui Gotboldus* et *Arnoldus, Gotschalcus, miles de Brixina.* (Lib. testament. fol. 21[b], fol. 22[a].)

CLXII.

Anno 1187. — *Curtis Brixine sita in loco qui dicitur Valsit.*

Universi universalis ecclesie filii, tam futuri quam presentes, cognoscant, quod *Hugo de Schonecke* tradidit *ecclesie sancte Marie* pro remedio anime sue et fratris sui et aliorum parentum suorum curtem quandam *Brixine* sitam in loco, qui dicitur *Valsit*, quam tunc temporis colebat *Otto*, cum vineis, agris et pratis et aliis quibuslibet ad eam pertinentibus, et eam tempore vite sue tantum ad annuum censum recepit. (Lib. testament. fol. 22ª.)

CLXIII.

Anno 1187. — *Duo predia et mansus dimidius in monte Gerüte.*

Idem *Hugo* tradidit *memorate ecclesie* duo alia predia sita in *monte Gerüte*, ea condicione, si sine legitima prole decederet. Item *Arnoldus de Rodenken* tradidit sepe *dicte ecclesie* dimidium mansum in eodem monte constitutum, et eum similiter ad annuum censum tempore vite sue tantum recepit. (Lib. testament. fol. 22ᵇ.)

CLXIV.

Anno 1188. — *Curtis nobis vicina Busac et alia sita Bozani in loco, qui dicitur Troja.*

Sub eorundem testium presencia tradidit *Uolschalcus de Rivenstain ecclesie sancte Marie* curtem, nobis vicinam *Busac*, et aliam sitam *Bozani* in loco, qui dicitur *Troja*, quam eciam tradiderat jam dicte ecclesie in exequiis *Ruoberti;* sed non utriusque proprietatem et possessionem tradidit predicte ecclesie et utramque ad annuum censum ab ecclesia suscepit tempore vite sue tantum. (Lib. testament. fol. 22ª.)

CLXV.

Anno 1188. — *Mons Vistin situs in Valles.*

Predictis testibus presentibus tradidit episcopus *ecclesie sancte Marie* feudum quoddam, quod *Albertus Burchgravius* de communi utilitate et consensu filiorum suorum renunciaverat episcopo ea condicione, ut illud traderet prefate ecclesie, vide-

licet montem situm *in Valles, Vistin* vocatum, cum omnibus pratis et pascuis, que ibi habebat, et universo feudo, quod *Ruotherus* a jam dicto *Burchgravio* habuit sive in agris sive in pascuis. Ubi vero Burchgravius resignavit jam dictum feudum, interfuerunt hi testes: *Chumbertus, nuncius imperatoris, prepositus de Augea* et *Uolricus, diaconus ejus, Ruodolfus de Waldecke* et miles ejus *Hainricus, Otacher de Niwenburch, Warmunt de Rasne, Heinricus de Wuolenpach, Gotschalc de Nouces, Durinch, Eberhart, Reinhart.* (Lib. testament. fol. 22ª.)

CLXVI.

Anno 1188. — *Ager dimidius in Torent.*

Gotschalcus de Nouces tradidit *prenominate ecclesie sancte Marie* dimidium agrum in *Torent.* (Lib. testament. fol. 22ᵇ.)

CLXVII.

Anno 1188. — *Ager in Nouces, qui vocatur Lite.*

Item *Reinbertus de Nouces* tradidit sepe *dicte ecclesie* agrum quendam *in Nouces,* qui vocatur *Lite,* ea condicione, si de via sepulchri domini non rediret. Omnibus his tradicionibus interfuerunt hi testes: *Arnoldus de Rodenken* et miles suus *Perhtholdus, Arnoldus de Vlinspach, Hugo de Schoneke* et milites sui, *Gotpoldus, Arnoldus, Uolricus,* Ekkehart *Garre, Ernest et frater suus Friderius* et milites eorum, *Witimar, Uolrich, Reinbertus de Nouces, Gotschalc de Nouces* et fratres sui, *Eberhart de Tesseningen* et *Heinricus de Gellenstein, Waltman de Chlusa, Hugo de Tuvers* et miles suus *Hainricus.* (Lib. testament. fol. 22ᵇ.)

CLXVIII.

Anno 1188. — *Predium in monte Aspach.*

Predictus *Hugo de Schonecke* cum supra dictis testibus pro remedio anime fratris sui tradidit *ecclesie sancte Marie* predium quoddam in *monte Aspach,* quod tunc temporis *Wazo* colebat, penitus possidendum. (Lib. testament. fol. 22ᵇ.)

CLXIX.

Anno 1191. — *Predium situm in plebe Castelrut in loco, qui dicitur Razze.*

Noverit universa fidelium multitudo, filii quoque, qui nascentur et exurgent, narrent filiis suis, quod quedam ministerialis brixinensis ecclesie, nomine *Omenia*, unacum filia sua tradidit *ecclesie sancte Marie in Novacella* predium quoddam, situm in plebe *Castelrut* in loco, qui dicitur *Razze*, cum omni jure suo, cum proprietate et possessione et ipsa idem predium ab ecclesia recepit ad annuum censum XII nummorum, quem et in continenti solvit. Postulavit eciam idem predium filie sue sub simili pensione concedi ita tamen, ut eis decedentibus nemo heredum vel nomine pensionis vel alio quocunque jure aliquam potestatem sibi in predicto predio vendicet, sed ecclesia memorata libere, quiete et absque ulla contradictione possideat. Hujus rei testes sunt: *Friderich, Gotescalch, Durinch, Eberhart, Ebo, Luipolt, Reinhart, Eberwin, Reinpreht, Reimpreht, Heinricus, Hasplare, Witigo, Haertwich, Traiboto, Reimpreht, Durinch.* (Lib. testament. fol. 22^{b}.)

CLXX.

Anno 1191. — *Pratum Brixine.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod dominus *Uolricus, archidiaconus et custos brixinensis ecclesie*, pratum, quod habuit *Brixine*, per manus *Heinrici, episcopi brixinensis*, tradidit *ecclesie sancte Marie*, perpetue virginis, in *nova cella* pro remedio anime sue et parentum suorum ea condicione, ut jam dictus archidiaconus, prefato prato de manu prepositi ad annuam pensionem accepto, singulis annis plaustrum feni persolveret ecclesie memorate; eo vero decedente sepe dictum pratum cum omni jure et utilitate, que inde haberi potest, libere et sine omni contradictione cedat in usus fratrum prenominate ecclesie. Hujus rei testes sunt: *Haertwicus de Castelrut, Uolricus, economus, Chuonradus de Pollingen, Chuonradus de Virga, Ernustus Purcgravius*, et *fratres sui, Fridericus et Heinricus*, et milites eorum, *Perhtoldus, Luitaere, Werinherus* et *Uolricus, Witemarus, Gotescalcus, marscalcus,*

pueri quoque, *Heinricus de Riscone, Heinricus de Phalenze, Albanus, Willehelmus, Heinricus* camerarius et frater ejus *Albertus, Gerungus* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 23ª.)

CLXXI.

Anno 1191. — *Predium cum armento boum in loco, qui dicitur Gumber.*

Universa fidelium Christi multitudo cognoscat, quod *Heinricus de Velles* in peregrinacione constitutus inter procellas maris dum ultimum testamentum conderet, reliquit *ecclesie sancte Marie in nova cella* predium quoddam cum armento boum in loco, qui dicitur *Gumber*, quod tunc temporis colebat quidam nomine *Maurus. Reinbertus quoque, frater ejus*, votum fratris sui tradicione confirmans, predictum predium cum pratis et pascuis et omni jure et utilitate, inde proveniente, nec non et armento boum tradidit ecclesie memorate. Hujus rei testes sunt: *Heinricus, prepositus augensis, Engilbertus, prepositus sancti Michaelis, Egilo, presbyter pollingensis, Heinricus, plebanus de Lejan, Uolricus, plebanus de Velles, Gebehardus de Seben, Werinbertus et filius ejus Fridericus, Goteboldus, Meriboto, Heinricus Stollo, Albrandus, Fridericus de Nouzes, Eberwinus, Uolricus de Tieres* et fratres sui, *Ingrammus et Perhtoldus, Werimbertus de Tieres et Wintherus, Albanus de Fridinnes, Ruodolfus et Ruidigerus.* (Lib. testament. fol. 23ª.)

CLXXII.

Anno 1192. — *Predia Brixine, Bozani, ad Platten.*

Scribantur hec in generacione altera et populus, qui creabitur, laudet dominum pro eo, quod *Burchardus de Sebene*, cum esset *fidei commissarius*, quod vulgo *dicitur Salman*, duorum fratrum de *Brixina*, videlicet *Heinrici et Gotscalci, filiorum Heinrici Slurve*, ex peticione predictorum fratrum tradidit *ecclesie sancte Marie in Novacella* universa predia, que jam dictus *Heinricus Slurve* prenominatis filiis servanda commiserat fidei senioris *Burchardi*, sita *Brixine, Bozani et ad Platten.* Prenominati vero *Heinricus et Gotschalcus* predicta predia receperunt de manu prepositi, ut nomine pensionis singulis annis inde per-

solvant XII denarios ecclesie memorate. Eis vero decedentibus nemo heredum vel successorum aliquid juris sibi vendicet in predictis prediis, sed ecclesia quiete et libere ea possideat et ad usus suos ordinet, excepto quod *Heinricus senior*, frater, uxori sue, si supervixerit, porcionem suam tempore vite sue concedi postulavit. Hujus rei testes sunt: *Werenherus, archipresbyter, Gebehardus de Sebene, Reinpreht de Brixina, Luipold de Nouzes, Chalhohe de Tsets, Marquart de Sarnes, Gerunch de Tsets, Altman de Monte, Gotschalc der Zieglaere, Heinrich, der Chlusenare, Hainrich Jone, Chunrat, Wernher de Tsets, Albreht de Sahse.* (Lib. testament. fol. 23^{b}.)

CLXXIII.

Anno 1192. — *Predium secus fluvium, qui dicitur Kardun.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod *Reinbertus de Felles* in exequiis matris sue tradidit *ecclesie sancte Marie in Novacella* predium quoddam secus fluvium, qui dicitur *Kardun*, quod tunc temporis colebat quidam *Eppo*. Hujus rei testes sunt: *Purchardus de Säbene* et *Heberhardus, frater ejus, Otto Longus de Felles, Guoto de Felles, Uolricus de Felles, Gotschalcus de Tieres, Uolricus de Castelruth, Taegino de Filandris, Weriandus de Sebene, Perichtoldus de Tieres, Erminricus de Lazfones, Gotescalcus de Nouzes, Reinhardus de Nouzes, Ernustus de Lazefons, Albrant de Vilandres.* (Lib. testament. fol. 23^{b}.)

CLXXIV.

Anno 1192. — *Beneficium in monte Scalres.*

Noverint universi Christi fideles, tam futuri quam presentes quod *Purchardus, decanus brixinensis*, beneficium, quod habebat in *monte Scalres*, quod tunc colebat quidam *Wartmannus*, resignavit in manus domini *episcopi Heinrici* ea condicione, ut jam dictus episcopus prefatum beneficium traderet *ecclesie sancte Marie in Novacella;* homines quoque, quos sepe dictus decanus ab episcopo in beneficio habuit, simili condicione resignavit. Ad peticionem itaque jam dicti decani episcopus utrumque contulit ecclesie memorate, et predium et homines; preterea homines proprios, quos habebat predictus decanus, qui conjuncti

fuerant per conjugium hominibus predicte ecclesie, tradidit eidem ecclesie, presente et consenciente episcopo. Hujus rei testes sunt: *Wintherus, canonicus, Conradus de Pollingen, Conradus de Virga, Heinricus, capellanus episcopi, Heinricus, camerarius, frater ejus Albertus, Heinricus, filius domini Waltheri, Reinbertus Putteclare, Fridericus, plebanus de Mareit, Gerungus Chuncha.* (Lib. testament. fol. 24ª.)

CLXXV.

Anno 1192. — *Jus aggrare in quodam manso in Vilandres traditur sancte Marie.*

Universa Christi fidelium multitudo cognoscat, quod dominus *Heinricus, brixinensis episcopus,* jus quoddam, quod vocatur aggrare, quod habebat in quodam manso, constituto in *Vilandres,* ad peticionem prepositi *Novecelle,* consencientibus et cooperantibus canonicis majoris ecclesie, *sancte Marie in Novacella* tradidit. Hujus rei testes sunt: *Uolricus, prepositus majoris ecclesie, Purchardus, decanus, Ruodolfus, plebanus, Werenherus, archipresbyter, Conradus de Pollingen,* capellanus, *Conradus de Virga, Burchardus de Sabiona, Tegene de Vilandres, Albertus, camerarius, Waltmannus de Cluse, Reimbertus de Cluse, Chuonradus, Lantmannus, Heinricus, Albertus preco.* (Lib. testament. fol. 24ª.)

CLXXVI.

Anno 1193. — *Curia villicalis apud Issingen.*

Notum sit omnibus in Christo fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod quedam ministerialis brixinensis ecclesie, *Hirmengart* nomine, relicta vidua *Heinrici de Salekke,* curiam villicalem, quam habuit apud *Issingen,* sicut a marito suo prefato, *Heinrico,* fide adstricta fuit, tradidit *ecclesie sancte Marie in Novacella* pro remedio anime sue et mariti sui et parentum utriusque ea condicione, ut ipsa in prefata curia usum fructuum retinere debeat tempore vite sue, nisi sponte eum ante dimittere voluerit et singulis annis nomine pensionis solvere debeat ecclesie XXX denarios in mandato pauperum distribuendos. Eo vero decedente, sive heredes habeat, sive non habeat, predicta curia cum omni jure suo et cum omnibus ad eam pertinentibus cedere debet ecclesie memorate, ut ex tunc libere inde disponere possit.

Universa vero congregacio singulis annis anniversarium utriusque *Heinrici* videlicet et *Irmengardis* devote celebrare debet cum missis et aliis operibus pietatis. Prepositus vero et cellarius in utriusque anniversario universe congregacioni de eadem curia sufficientem pastum reddere debent et singulis annis in coena domini XXX denarios in mandato pauperum erogandos. Preterea prepositus cum omni congregacione obligavit se predicte *Irmengardi*, quod, sive maritum acceperit sive non, si ei placuerit, mansionem apud nos habere debet in loco apto videlicet *infra muros sororum* et hoc sine gravamine ecclesie, id est propriis expensis. Et si divinitus inspirata fuerit et hoc postulaverit, ad communem vitam recipi debet. Hujus rei testes sunt: *Hartwicus de Trosteberc*, *Guolo de Vellesecke*, *Waltchuon*, *miles predicti Hartwici*, *Chuonradus de Vassenten*, *Ekkehardus Garro*, *miles suus Chuonradus* et *Heinricus dispensator suus*, *Bertholdus de Tyrs*, *Werenbertus de Tyrs*, *Otaker de Tyrs*, *Gotescalcus Scoberli de Winecke*, *Fridericus Rossehoubet* et alii. (Lib. testament. fol. 24^{b}.)

CLXXVII.

Anno 1193. — *Domus, curtis, molendinum juxta ecclesiam Voris.*

Ad noticiam Christi fidelium pervenire volumus, quod quidam ministerialis brixinensis ecclesie, *Traiboto* nomine, dum conderet testamentum, sicut et *frater suus Ruodegerus* in testamento suo disposuerat, tradidit *ecclesie sancte Marie in Novacella* domum quandam juxta ecclesiam *Voris* sitam, quam ipsi inhabitaverant, et curtim quandam ibidem sitam, quam tunc temporis colebat quidam *Zim* nomine, et molendinum ibidem situm cum omnibus ad ea pertinentibus, retento sibi usufructu tempore vite sue, nisi ipse sponte cedere voluerit; eo vero decedente, nullo respectu habito ad heredes, predicta omnia in potestatem et liberam disposicionem ecclesie cedant. Hujus rei testes sunt: *Uolricus*, *prepositus majoris ecclesie*, *Burchardus*, *decanus*, *Uolricus de Villa sancti Martini*, *Gotschalcus de Vagihtesperch*, *Ernustus*, *Burcgravius* et fratres sui *Fridericus et Heinricus*, *Gotschalcus de Nouces*, *Albrecht*, *Dienistman*. Sub eorum testium presencia tradidit *Traiboto* ecclesie de *Voris* predium quoddam, quod colebat quidam *Gotschalcus*, ea condicione, quod fructus

predicti predii per disposicionem prepositi *Novecelle* perveniant in usus memorate ecclesie sive ad luminaria preparanda sive in alias ecclesie necessitates. (Lib. testament. fol. 25ª.)

CLXXVIII.

Anno 1194. — *Agri et prata Brixine.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod *Reinbertus de Velles* agros, quos habuit *Brixine*, et prata resignavit in manus episcopi *Heinrici* ea condicione, quod prefatus episcopus eadem prata et agros traderet *ecclesie sancte Marie in Novacella.* Episcopus vero ad peticionem predicti *Reimberti* prata pariter cum agris contulit ecclesie memorate. Hujus rei testes sunt: *Uolricus, sacerdos de Velturnes, Grimoldus, presbyter, Chuonradus, capellanus, Ernst, Burchgravius,* et frater suus *Heinricus, Burchardus de Sebene, Reinbertus de Velles, Gotschalcus de Tieres, Bertholdus de Tieres, Gotschalcus junior de Aicha, Gebehardus junior de Houwenstein, Hartmannus de Chastelrut, Albertus oeconomus* episcopi, *Gotschalcus Schoberli de Winecke, Hartungus de Monte, Kalhoch de Winchele, Olschalcus de Monte, Werinbertus de Voitsberch, Witimarus, Werenherus.* (Lib. testament. fol. 25ᵇ.)

CLXXIX.

Anno 1194. — *Mansus in Varne cum pratis, agris et pascuis.*

Omnes fideles Christi cognoscant, quod *Burchardus, decanus brixinensis ecclesie,* mansum, quem habuit *Varne* in beneficio, resignavit episcopo *Heinrico* ea condicione, ut idem episcopus prefatum mansum cum omnibus ad eundem mansum pertinentibus, videlicet pratis, agris, pascuis, cultis et incultis, sive circa villam *Varne,* sive in *monte Schalres* vel ubicunque positis, conferret *ecclesie sancte Marie in Novacella.* Episcopus itaque motus precibus decani simul et intuitu pietatis sepedictum mansum cum omni jure suo tradidit ecclesie prenominate. Hujus rei testes sunt: *Uolricus aurifex, Werenbertus de Houwenstein et nepos ejus Gebehardus,* item nepotes sui *Hartmannus et Ingrammus, Gotschalcus junior de Aicha* et *miles ejus Hartwicus, Hugo Trutranus.* (Lib. testament. fol. 26ª.)

CLXXX.

Anno 1195. — *Curtis cum ovili in Colfusc.*

Ad omnium fidelium Christi noticiam pervenire volumus, quod quedam ministerialis brixinensis ecclesie, *Rihiza nomine, filia Arnoldi de Schönecke*, vidua *Alberti de Castelrut*, cum consensu et bona voluntate *filii sui Gotschalci* tradidit *ecclesie sancte Marie in Novocella* curtem quandam cum ovili *in Colfusc*, quam tunc temporis colebat quidam *nomine Sivanne*, ea condicione, quod ipsa in communi fraternitate et communione oracionum et aliorum serviciorum dei, que in predicta ecclesie fiunt, esse debeat et quod sepulturam in eadem ecclesia habere debeat. Predictam vero curtem de manu prepositi recepit ad annualem censum videlicet, ut singulis annis solvat ecclesie memorate XXX denarios in mandato pauperum distribuendos, qui eciam post mortem ejus singulis annis sunt erogandi. Ea vero decedente nemo heredum vel superstitum ejus quidquam juris sibi in predicta curte vendicare presumat, sed libere cum omni jure suo in usus et potestatem predicte ecclesie cedat. Preterea filius ejus *Gotschalcus* de mandato matris fideliter promisit, quod post mortem matris, si supervixerit, tribuat sororibus V vaccas vel XXX oves. Hujus rei testes sunt: *Arnoldus et filius ejus Arnoldus de Schöneck, Fridericus, predicte Rihize maritus et filius ejus Gotschalcus, Heinricus Crebez* et *frater ejus Arnoldus, Noppe, Witimarus de Gadre, Hartwicus de Puochberch, Albanus de Gaizes, Gotfridus de Rischone, filius Arnoldi, Hainricus de Brixina, filius domine Berchte, Petrus de Chorche.* (Lib. testament. fol. 26[a], fol. 26[b].)

CLXXXI.

Anno 1195. — *Tria allodia in monte Achernach.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod *Heinricus de Schenkenberg* et *Werenherus, filius fratris sui Werenheri*, pro remedio animarum suarum et parentum suorum tradiderunt *ecclesie sancte Marie in Novacella* per manus *Chunradi, ejusdem ecclesie prepositi*, tria allodia, sita in *monte Achernach*, que fuerant de patrimonio *Heilke, matris predicti Heinrici et Werenheri*, ad usus fratrum et sororum, ibi deo

serviencium et pauperum superveniencium. Hujus tradicionis testes sunt: *Gerungus, plebanus de Vellis, Purchardus de Sebene, Otto Longus, Gotschalcus, Uolricus, Ingrammus, Wintherus de Tiers, Albrandus et Taegno de Filanders, Heinricus Fraz, Heinricus Gaffo, Willibolt, Chunradus de Fridinnes, Albero, Heinricus, Ekkehardus, Chuonradus, filii ejus.* (Lib. testament. fol. 26[b].)

CLXXXII.

Anno 1195. — *Manifestatio Ortolfi, canonici brixinensis, de tribus curtibus in monte Scalres et quibusdam mancipiis.*

Omnibus Christi fidelibus pateat, quod quidam *Ortolfus*, majoris ecclesie canonicus, in conspectu domini *Purchardi*, *decani* aliorumque canonicorum ejusdem ecclesie et multorum laicorum manifestavit, qualiter tres curtes, quas habet in *monte Scalres*, quarum unam colit *Troutman, Perhtold alteram, Minigo terciam*, in dicionem suam devenissent. Similiter eciam de quibusdam mancipiis, que patruus prefati *Ortolfi*, scilicet *Regenbertus de Sebene*, tradidit *sancte Marie*, interposita tali condicione, ut in servicio sepe dicti nepotis sui, quamdiu vellet, permanerent, manifestavit. Nomina autem mancipiorum ista sunt: *Ruopreht et frater ejus Arnolt, Perenger* et *soror eorum Wangart* et filii eorum. Hujus rei testes sunt: *Purchardus, decanus, Herewicus, canonicus, Werenherus, canonicus de Oweren, Chunradus, custos, Ruodolfus, canonicus, Hartwicus, canonicus, Heinricus Carre, Heinricus de Velles, Gebehardus de Sebene, Gotschalcus de Wazzere, Regenbreht Hauchaere, Engelmarus infine, Merebot de civitate, Ekkehart, Arnoldus Poumhart, Gotschalcus, Waltholt, Otto, serviens domini Ruodolfi.* (Lib. testament. fol. 55[a].)

CLXXXIII.

Anno 1197. — *Lis de silva quadam inter ecclesiam sancte Marie in Novacella et monasterium Ozziach sopita.*

Universitas fidelium Christi, que nunc est vel futura est, recognoscat, quod lis illa, que vertebatur inter ecclesiam *sancte Marie in Novacella* et monasterium *de Ozziach* super silva quadam, quam *comes Engilbertus* contulerat ecclesie *sancte Marie in Novacella*, quam excoluit quidam Ernustus, cujus terciam partem *fratres Ozziacenses* sui juris esse dicebant, per talem transactionem

sopita est. *Prepositus de Novacella* et fratres sui dederunt abbati et fratribus suis septem marcas frisacensium et abbas et fratres sui de communi consensu renunciaverunt penitus liti et omni juri, quod se in predicta tercia parte habere putabant, ut ecclesia *sancte Marie in Novacella* de cetero quiete et sine contradictione sepe dictam terciam partem possideret. Hujus rei testes sunt: *Werenherus de Olagen, Gebehardus de Sebene, Uolricus de Suoneburch,* brixinenses canonici, *Gerungus, plebanus de Velles;* de Gurcensibus, *Heinricus, camerarius, Sifridus, presbyter, Piligrimus, conversus;* de laicis, *Heinricus de Niuwenburch, Gotschalcus de Aichach, Heinricus de Chere, Albertus de Rischon, Otto de Dietenhaim, Gebehardus de Houwenstein, Albanus de Velturnes, Herbrandus de Liserhofe*; de Villacensibus, *Engilwielf* et *filius ejus Stephanus* et alii quam plures. Acta sunt hec apud *Villacum* inter *abbatem Ebonem* et *prepositum Chuonradum* coram domino *Eberhardo, brixinensis ecclesie Electo,* in conspectu multorum, anno dominice incarnacionis M. C. XC. VII. (Lib. testament. fol. 27ᵃ.)

CLXXXIV.

Anno 1197. — *Pro quibusdam prediis secus castrum Chienburch aput ecclesiam sancti Johannis.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. *Ebo, de gracia ozziacensis abbas,* omni evo notum facere cupimus, qualiter controversiam quandam super prediis quibusdam, secus castrum *Chienburch* aput *ecclesiam sancti Johannis baptiste in silva,* que *fratres Novecellae* ex tradicione *comitis Engilberti* excoluerunt, constitutis, jam dudum inter monasterium *Novecelle in Brixina* et nostrum versatum per connivenciam fratrum nostrorum cum *Chunrado,* tunc *temporis jam dicti monasterii preposito,* fratribus et suis sibi assencientibus, decidimus tali videlicet pacto, ut, concessa quieta possessione eidem monasterio, de tali controversia interpellacionis silencium haberemus et nobis VII marce Frisacensium monete publice recompensarentur. Nos itaque liti et omni juri, quod in eodem predio habere videbamur, renunciasse sub hiis testibus fatemur: *Eberhardus, brixinensis Electus, Gebhardus, Ulricus de villa sancti Martini,* brixinenses canonici, *Gerungus, plebanus de Velles, Heinricus, Sifridus, gorcenses canonici,* frater *Pilgerimus, Gotschalcus, junior de Aichach, Albertus*

de Rischon, Heinricus de Chere, Otto de Dietinhaim, Werenherus, filius Gotliebe, Hainricus de Niwenburch, Albanus de Velturnes, Gebehardus junior de Howenstein, Stephanus de Villaco. Preterea ipsum prepositum prefatam pecuniam coram fratribus nostris et aliis plurimis plenarie nobis persolvisse profitemur. Cujus persolucionis testes sunt hii: *Heinricus, prepositus de Owe* et *concanonicus ejus Otager, Hainricus Tubi et Fridericus*, servientes ejus, *Pilgerimus, Florencius, Ludwicus, Ruodolfus, monachi ozziacenses, Hartrut et Albertus, fratres de Tivin.* In hujus facti testimonium, ne quis successorum nostrorum id refragare presumat, presentem paginam sigilli nostri impressione communimus. Actum *Villaci* anno M. C. XC. VII., Indictione XV. XVI. kal. Maii coram domino *Eberhardo, brixinensi Electo.* (Lib. donation. fol. 32ª., fol. 33ᵇ.,

CLXXXV.

Anno 1205. — *Litera composicionis pro prediis in Plaichen.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. *Conradus, dei gracia brixinensis episcopus,* omnibus veritatis amatoribus, tam futuris quam presentibus, in perpetuum. Cum omnis etas ab adolescencia in malum prona sit, ne malum avaricie a maliciosis hominibus in dampnum convertatur ecclesiarum, necessarium est, ut ea, que racionabiliter diffiniuntur, per scripturam literarum ad noticiam transferantur posterorum. Omnium itaque vestrum universitatem scire volumus, quod lis illa, que inter *ecclesiam sancte Marie in Novacella* et *Waltherum de Brixina* super *prediis de Plaichen* vertebatur, nobis presentibus et per nostram auctoritatem cooperantibus, taliter sopita est, quod predictus *Waltherus,* acceptis a preposito et fratribus suis X marcis, liti et omni actioni et juri, quod sibi in predictis prediis competere videbatur, penitus renunciat ita, ut memorata ecclesia de cetero nullam questionem vel inquietacionem a jam dicto *Walthero* vel ejus heredibus sustinere debeat. Testes: de choro, *Werenherus de Olagen, Ulricus de Sunneburg, Albanus de sancto Laurencio*; ministerialium, *Ekkehardus Cherre, Hainricus de Newenburg, Hainricus de Cherre, Hainricus de Pfabren* et *frater ejus Eberhardus, Albertus de Rischone, Alramus de Ragene, Wilhelmus de castro sancti Michaelis* et *filius ejus Fridericus, Fridericus de Sunneburg* et ejus *frater Pilgrimus, Fridericus Brixinensis, Perch-*

toldus de sancto Georgio, *Arnoldus de Schönecke* et frater *suus Conradus*, *Conradus*, *Hotboldi filius;* item ministerialium *Arnoldus de Rodank* et *filii ejus Fridericus et Arnoldus*, *Waremundus de Raesena*, *Hainricus de Velturnes*, *Tageno*, *Fridericus et frater ejus Hainricus de Vilanders*, *Hartungus de Monte*, *Ulricus de Eschenloch*, *Ludwicus de Sarentine*, *Eberwinus de Monte*, *Marquardus de Albines*, *Liebehardus de Tiers*, *Gerlohus Saleman*, *Hainricus*, *magister pistorum*, *Engelbertus cellerarius*, *Wilhelmus de Dietenhaim*, *Werenherus de Monte*, *Hainricus de Rischon* et alii quam plures. Datum *Brixine* anno ab incarnacione domini M. CC. V. IIII. nonas Augusti. (Registrat. vetus, tom II. pag. 135ᵃ. — 136ᵇ.)

CLXXXVI.

Anno 1207. — *Predium situm in Platte.*

Pagina presentis scripti presencie et posteritati fidelium notificat, quod domina *Agnes, filia domini Arnoldi de Rodank,* jure legali conjuncta domino *Heinrico de Welsperch*, accepta a nobis fraternitate et communione oracionum per manum domini *Heinrici mariti sui* tradidit *nobis* optimum ovile *Slutenhusen,* unde cellarius in festo Johannis ante portam latinam universe debet congregracioni gloriose ministrare. Testes ut supr. (Lib. testament. fol. 33^{a})

CCXXVIII.

Anno 1235. — *Curtis una in Albes.*

Quia omne bonum in commune deductum elucescit, silencio non est pretereundum, quod domina *Mathildis uxor, Gerronis Ekkehardi senioris*, per manus filiorum suorum *Reimberti et Ekkehardi* tradidit *ecclesie nostre* curiam *unam Albes*, ut deus mundaret eam ab omni inquinamento peccatorum. Testes: Dominus *Willehelmus de Velturnes, Eberhardus de Sebene, Otto, Hainricus milites*, et alii. (Lib. testament. fol. 33ª.)

CCXXIX.

Anno 1235. — *Privilegium pro duabus curiis aput Grossenstain.*

Heinricus, dei gracia brixinensis ecclesie episcopus, presentibus et futuris salutem in Christo et veram in domino karitatem. Si justis petencium desideriis benignum prebemus assensum et vota Christo et sanctis nobis fideliter serviencium, que a racionis tramite non discordant, prosequente opere adimplemus, quia facimus, quod debemus, non dubitamus, quin pro hiis terrenis et temporalibus celestia et eterna nobis retributor bonorum omnium largiatur. Ea propter nos universis, ad quorum noticiam presentis scripti tenor pervenerit, volumus esse notum, quod ob recordacionem et salutem anime nostre duas curias aput *Grossenstain* sitas cum monte et silva ac cum omnibus ad dictas curias pertinentibus, quas a domino *Rueberto Musaugen* propriis redimimus denariis, *ecclesie novecellensi* et canonicis, deo et sanctis ibidem devote servientibus, libere cum tenuta et proprietate contulimus et donavimus. Quod ut securius credatur et robur obtineat firmitatis, presentem paginam in testimonium et cautelam conscribi mandavimus et sigilli nostri munimine roborari. Hujus rei testes sunt: Dominus *Hainricus, major prepositus*, dominus *Hainricus, decanus*, dominus *Chunradus, plebanus sancti Michaelis, Fridericus de Gais* et *Altmannus, custos, canonici brixinenses, Chunradus, scolasticus Novecelle, Otto, plebanus Fascie, Geroldus, oeconomus, Martinus, pannifex, Waltherinus, camerarius, Swikerus de Velsecke, Chunradus medicus, servientes domini episcopi, Werinhardus, lirator*, et alii quam plures. Actum anno domini M. CC. XXXV., Indict. VIII., *Brixine*, nono die Octobris ante capellam episcopalem. (Lib. donacion. fol. 17ᵇ, 18ª.)

CCXXX.

Anno 1235. — *Litera Alberonis de Wanga pro non dando theloneo.*

In Christi nomine pateat universis, tam presentibus quam futuris, hanc paginam inspecturis, quod ego *Albero de Wanga* provida liberalitate et pia voluntate ad peticionem quondam *domini Aldergitti, episcopi tridentini,* et domini *Heinrici, prepositi novecellensis,* pro remedio et salute anime mee meique fratris, *domini Berchtoldi,* domino preposito et fratribus *Novecelle* concessi et indulsi, quod nec ipsi nec eorum successores theloneum aut mutam *aput Bozanum* vel alias de proventibus suarum possessionum sive de vino vel victualibus, que ipsi pro necessitate predictorum fratrum et *ecclesie novecellensis* comparaverint, mihi vel meis heredibus persolvere debeant aliquando ita tamen, si ipsorum homines pro sua utilitate vinum vel alias res emerent, de hiis ipsi sicut alii homines theloneum et mutam plenarie persolvere deberent. Hujus rei et testamenti testes sunt: Dominus *Heinricus, prepositus de Wiltina,* dominus *Ulricus, dictus, Batsar, monachus in Wiltin,* dominus *Gotschalcus de Avia,* dominus *Pertholdus de Ebene,* dominus *Marchadantus, Cunradus de Epyano,* dominus *Gotschalcus de Gries, dominus Chunradier, Marchardus de Bozano* et alii quam plures viri boni testimonii. Hec autem ut a me et meis heredibus inconcussa perpetuo debeant permanere, hanc paginam meo feci sigillo roborari. Facta sunt hec in castro *Wangebelremont* anno domini M. CC. XXXV., die Jovis intrante Decembre. (Registrat. vet. tom. I., fol. 42^{b}.)

CCXXXI.

Anno 1236. — *Curtis Stillewage.*

Christi fideles presentes et futuri cognoscant, quod *Fridericus, miles de villa sancti Martini,* cum *uxore sua Diemude* ad honorem beate virginis unam curtem *nobis* tradiderunt, que *Stillewage* vocatur juxta *castrum Tuvers*, ut ipsi sint serviciorum dei, que hic fiunt, participes. Testes: *Heinricus, Chuonradus, Cholo, filii eorum, Perhtoldus, Chuonradus de urbe sancti Michaelis.* (Lib. testament. fol. 33.)

CCXXXII.

Anno 1236. — *Predium super Hohenpichel.*

Pateat per omne tempus presens et futurum Christi fidelibus, quod *Rudolfus miles de Panawe*, per manum domini *Arnoldi de Rodank* et *uxoris sue domine Agnetis* predium suum, quod habuit super *Hohenpichel*, *ecclesie nostre* delegavit in remissionem peccatorum suorum. Testes: dominus *Uolricus de Resen*, *Hainricus*, *Chounradus*, *Goppoldus*, *fratres*, et *Nicolaus*, *plebanus de Pfalnzen*. (Lib. testament. fol. 33ª.)

CCXXXIII.

Anno 1236. — *Tres curiole in Phalnzen site.*

Ad noticiam pervenire volumus fidelium, quod *soror nostra Heilka de Tiers* tres curiolas obtulit *ecclesie nostre* in *Phalnzen* sitas et se ipsam obediencie mancipavit et religioni, ut mereatur a sponso audire: Veni in hortum meum soror mea. Testes: *Wintherus*, *frater ejus*, *Ruobertus*, *Otto*, *milites de Tiers*. (Lib. testament. fol. 33ª.)

CCXXXIV.

Anno 1236 — *Pro XII carrunculis salis de Salina in Taure.*

In nomine altissimi dei Amen. Labitur occulte fallitque volatilis etas, et nihil est velocius annis. Ideo utique, quod agitur a modernis, scribi solet et scripture commendari, ut ejus adminiculo et testimonio ad posterorum noticiam deducatur, maxime cum scriptura contineat fidem rei geste. Pateat igitur omnibus hominibus, tam presentibus quam futuris. quod *nobilis et illustris comes Albertus de Tyrol* ad honorem dei omniumque sanctorum suorum et in remedium peccatorum suorum contulit *monasterio novecellensi* apud *Brixinam* duodecim carrunculas salis de salina sua in *Tauer*, singulis annis ante festum sancti Johannis baptiste aut post XIV diebus inde persolvendas dominis et conventui, domino deo inibi servientibus et continuas psallentibus laudes. Quod ut ratum maneat et firmum, placuit inde hanc cartam scribi et sigillo nostro confirmari cum testium ad-

notacione. Dominus *Willehelmus de Velturnes, Reimbertus Gerro, Ulricus Suppan, Engilmarus Tarant, Hainricus de Matray, Chuono de Matray, Otto de Taur, Heinricus de Cufedun, Hainricus senior, Stochlinus, Gotscalcus, prepositus de Taur, Chuonradus, scriptor* et alii. Actum aput *Matray.* Anno domini M. CC. XXX. VI. (Lib. donation. fol. 25^{b}, fol. 26^{a}.)

CCXXXV.

Anno 1237. — *Curia bona, que vocatur Dets.*

In nomine domini et pro reverencia beate virginis *Gotscalcus, miles de Tethsningen* cum consensu *uxoris sue Gertrudis* dedit *fratribus hic* deo servientibus et futuris curiam bonam, que vocatur *Dets,* ea condicione, ut ipsi sint in communione oracionum et elemosinarum, que in *ista* fiunt *ecclesia;* jam vero dictam curiam de manu prepositi accepit ad censum, ut singulis annis persolvat XXX denarios in mandato pauperibus expendendos. Eo vero decedente prefata curia libere et cum omni jure suo in jus cedat *ecclesie,* exclusa uxore sua et heredibus suis ab omni jurisdictione. Supplicavit eciam summa cum devocione et humilitate, quod in pulvere conventus nostri ipse et uxor sua debeant expectare ultimi et magni diei resurrectionem. Et si ipse extra diocesim moritur, per unam debet adduci dietam. Rogavit eciam, quod anniversarius ejus cum anniversario patris sui colligatur in diem Barbare virginis et eo die sufficiens procuracio exhibeatur universe congregacioni. Testes: *Otto de Schrenbach, Fridericus, Otto, milites de Nauces,* et alii. (Lib testament. fol. 35^{b}.)

CCXXXVI.

Anno 1237. *Curia una in Aspach.*

Et ne aliquid in oblivionem vel dubium venire valeat, revocari debet in libro cordis et scriptis renovari. Sciant quoque filii ecclesie, quod dominus *Uolricus de Resen,* vir strenuus et honestus, liberali donacione dedit *ecclesie* curiam unam super *Aspach* pro remedio *uxoris sue Agnetis,* ut ipsa gaudeat in eterna beatitudine. Dedit eciam *nobis* in eodem monte aliam curiam pro expensis habitis in exequiis uxoris sue

beate memorie. Testes: dominus *Arnoldus de Rodank, Chuonradus et Hainricus, milites de Porta*, dominus *Albertus de monte sancti Lamberti* et alii. (Lib. testament. fol. 33^{b}.)

CCXXXVII.

Anno 1237. *Curia, que vocatur Chere in Montan.*

Universalis ecclesie filiis, presentibus et futuris, pateat, quod dominus *Perhtoldus Trautsun*, cum fraternitatem sumpsisset a *nobis* et communionem oracionum et elemosinarum et aliorum bonorum, que deo hic offeruntur, ad laudem et honorem prepetue virginis dedit *nobis* curiam unam, que vocatur *Chere in Montan*, cum omni juris sui proprietate et possessione et quod *ecclesia* in ea libera gaudeat disposicione. Testes: *Jacobus et Dietmarus, filii ejus, Ruobertus Musouge, Albertus*, milites et alii. (Lib. testament. fol. 33^{b}.)

CCXXXVIII.

Anno 1237. *Due curie, una in Schoves, altera in Ras.*

Et hoc adjicere volumus ad noticiam fidelium et filii, qui nascentur, narrent filiis suis, qualiter dominus *Arnoldus de Rodank*, strenuus ministerialis ecclesie brixinensis, *ecclesiam sancte Marie in Novacella* cum fratribus et sororibus, ibidem deo servientibus, largitate possessionum suarum honoravit et sublimavit. Preterea gravamina et injurias ecclesie pro posse suo propulsavit et ubi opere nullatenus avertere poterat beneficio sani consilii assistebat indefessus. Inter alias donaciones, que domui per eum accesserunt habundanter, donavit nobis duas curias, unam *Schouves*, alteram *Res*, cum omni proprietate juris sui pro XXX marcis argenti, quibus tenebatur *ecclesie novecellensi*. Testes: *Chuonradus, Hainricus de Porta, Hainricus de Res, Chuonradus de Schoves* et alii quam plures rogati et ad hoc specialiter vocati. (Lib. testament. fol. 33^{b}.)

CCXXXIX.

Anno 1237. *Predium super Truns.*

Ecclesie fidelibus pateat, quod quidam *Hainricus de Durnholz* et *uxor sua Perhta* et *filii eorum, Fridericus et Petrus,*

accepta a *nobis* fraternitate et oracionum societate, in honore beatissime virginis et pro remedio animarum suarum obtulerunt super *altare ejus* predium, quod habebant super *Truns*, cum omnibus suis pertinenciis, mittentes *nos* in possessionem corporalem causa rei servande ea condicione, quod daremus eis XXX libras Veron.; convenientes inter se, ut predictus pater *Hainricus* eorum, assumpta pecunia, cuilibet eorum daret porcionem, que eum contingeret, sine contradictione, quod et factum est. Donacionem prefati predii racione *comicie Res* jam dictus *Arnoldus de Rodank* et sepe dicendus concessit et confirmavit. Testes, qui et supra de eodem, et *Gotschalcus Pero, Werenherus, Werenherus de Puhel.* (Lib. testament. fol. 34ª.)

CCXL.

Anno 1237. — *De quatuor curiis, una in Nauces, altera in Schaubes, aliis in Aychach et Rese.*

Ad noticiam perveniat universorum Christi fidelium, tam presencium quam futurorum, quod ego *Arnoldus de Rodank,* constitutus in procinctu expedicionis, cum *glorioso Romanorum imperatore Friderico* versus *Ytaliam* arripiende, XXX marcas argenti a venerabili *Hainrico preposito* et a domino *Nycolao, cellerario novecellensis ecclesie,* nomine capituli recepi, pro quibus IV curtes meas, quarum unam colit *Chunradus de Naucis,* aliam *Eppo de Schaufes,* duas reliquas *Albertus de Aychach* et *Urso de Res* incolunt, presentibus et consencientibus, *uxore mea Agnete,* simul et *liberis meis, Friderico, Willehelmo, Chunrado,* in proprietatem libere assignavi, hoc tamen pacto adjuncto, quod si a nativitate domini proxime ventura abhinc per annum ego vel heredes mei predictam pecunie summam persolverint, ad dominum pristinum curtes eedem absolute redirent, sin autem, ipsi *ecclesie Novecelle* in proprietatem et usus cederent perpetuos. Fuit eciam subjunctum, quod si infra tempus prenotatum me cum supradictis *dominis de Novacella* in alio foro majoris estimacionis convenire contingeret, redditis hinc inde instrumentis, super contractu premisso conscriptis, et competentis superaddita pecunie quantitate, supra dictus contractus, salvo utriusque partis jure, rescindatur et proprietas curiarum sepe dictarum cum suis proventibus ad suam libere originem devolvatur. Ut autem supradictus contractus ratus et firmus permaneat in posterum,

sigilli mei appensione cum subscripcione testium placuit roborari. Testes: dominus *Ulricus de Rese, Hainricus de Anras, Eberhardus de Sabiona, Hainricus de Schonecke* et *fratres sui Chunradus, Gopoldus, Chunradus Chalcefak, Ruodigerus Entholzer, Fridericus Mallo,* milites; *Marquardus in Enibergis, Purchardus in Puochperch, plebani, Johannes, quondam vicarius in Rodank,* sacerdos *Otto, Chunradus, subdiaconus* et alii quam plures, dominus *Hartmannus de Witental, Swikerus et Ruebertus, fratres, Arnoldus Rumph.* Actum anno dominice incarnacionis M. CC. XXX. VII. IX. kal. Octobris, quod est proximo die sequente post festum sancti Mauricii in castro *Schöneck.* (Lib. donation fol. 35ª, fol. 35ᵇ.)

CCXLI.

Anno 1237. — *De curia in Merzan.*

Quia summe circumspectionis studio firmari debet utilitatis et honestatis condicio, quum reproborum et malignancium calumpniare potest et immutare tradicio, nos igitur dei gracia *Hainricus, prepositus Novecelle,* patere volumus singulis et universis per hec scripta, quod *Ekkehardo, balistario,* locavimus curiam nostram in *Merzan* jure coloni tantum, non obtento aliquo precio vel munere inducti, sed solummodo ob meritum servicii sui, quod nobis horis et temporibus constitutis in censu consueto et debito de eadem curia tenebitur exhibere. Ipse eciam *Ekkehardus* condicioni huic et pacto se taliter sub tenore presencium obligavit, ut, si debita et gratuita servicia ex industria contra voluntatem nostram ultra terminum debitum et consuetum retinuerit, nulla de cetero prerogativa gaudeat in curia memorata, sed recedat, questione qualibet cessante. Promisit eciam, ut si casu aliquo contingente ipsa curia rapina aut incendio per insultum hostium suorum vastata fuerit, recuperetur muris et edificiis tante estimacionis et valoris, sicut sibi a nobis dinoscitur assignata. Nec eciam concessimus, ut jam dicta curia per cessionem suam in vitam aut post mortem ab ullo amicorum suorum aut heredum ullo modo debeat occupari, nisi de nostra licencia fuerit aut gracia speciali. Et ne talis forma inter nos possit aut debeat alterari, presentem paginam duobus sigillis videlicet nostro et *Willehelmi de Gernstein* pro testimonio cum annotacione testium de consensu utriusque partis duximus robo-

rari. Hujus rei testes sunt: *Albertus, cellerarius, Reimbertus de Gerrenstain, Werinherus, notarius, Gerlohus de Vilanders, Dietmarus, Gebehardus, Chunradus, dictus Hagene, Albertus, pellifex, Petrus, servus prelati, Chunradus Chymbost, Petrus, calcifex*, et alii quam plures. Actum anno M. CC. XXX. VII. *Novecelle.* (Lib. donation. fol. 35[b], fol. 36[a].)

CCXLII.

Anno 1238. — *Quatuor jugera et pratum.*

Fidelis ecclesie filii cognoscant, quod quidam *Perchtoldus de Res*, cognomine *Cesar*, per manus domini *Arnoldi* et consensu *fratrum suorum, magistri Hainrici et Gotschalci*, tradidit *beate virgini* et fratribus hic sibi (ei) servientibus quatuor jugera terre et unum pratum ita, quod cum aliis elemosinariis scriberetur in libro testamentorum. (Lib. testament. fol. 34[a].)

CCXLIII.

Anno 1238. — *Domus et ager in comicia Ras.*

Presens et futura cognoscat ecclesia, quod famulus *ecclesie nostre, Heinricus Steiner*, habuit in comicia *Ras* agrum et domum, que per manum largitatis domini *Arnoldi de Rodank* contulit *ecclesie*, dans genitrici dei sua temporalia, ut filius ejus sibi gaudia daret eterna. (Lib. testament. fol. 34[a].)

CCXLIV.

Anno 1238. — *Curia super Schalres.*

Noticia fidelium Christi cognoscat, quod domina *Lieba*, ministerialis ecclesie brixinensis, et *uxor domini Hainrici de Voitsperch*, cum conderet testamentum, disposuit *ecclesie* curiam unam super *Schalres*, quam dominus *Hainricus*, censencientibus *filiis suis, domino Alberto et domino Ernesto*, delegavit super *altare beate virginis*, ita quod ipsa sit particeps oracionum et elemosinarum nostrarum. Testes: *Witmarus, Wernherus, fratres, Albertus Engele* et alii. (Lib. testament. fol. 34[b].)

CCXLV.

Anno 1238. — *Predium in Moransen venditur sancte Marie.*

Scire debet multitudo fidelium, quod *Sybandus de Nauces*, cum consensu uxoris sue et filiorum suorum predium, quod habuit super *Moransen*, cum suis pertinenciis et jure proprietatis vendidit venerabili *preposito Hainrico* et *ecclesie Neocelle* pro XL libris Veron., quia pauperum vitam gerebat et paupertas eum opprimebat, presente domino *Jacobo et domino Ottone et fratre suo Friderico* et domino *Friderico de Nauces* et aliis. (Lib. testament. fol. 34ᵇ.)

CCXLVI.

Anno 1239. — *Villicacio aput Unste.*

Universitati fidelium notum sit, quod nobilis *ministerialis ecclesie brixinensis, Gerro senior*, cum jam processior esset in diebus suis, volens se deo approximare oracionibus et elemosinis, de licencia uxoris sue, mutato habitu, *nobis* convivere cepit et *ecclesie* villicacionem *aput Unste* donavit. Testes: *Reimbertus et Ekkehardus, filii sui, Otto, Hainricus, milites eorum* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 34ᵇ.)

CCXLVII.

Anno 1239. — *Duo ovilia in Lacevons.*

Justiciam et judicium diligentibus pateat, quod *Reimbertus junior, Gerro, ministerialis ecclesie brixinensis*, exiens de hoc mortalitatis corpore tenaci memoria cogitabat, quales deo graciarum actiones referret, inveniens, quod elemosina oraret pro eo, tradidit *ecclesie* duo ovilia, bene locata super *Lacevons*, excludens heredes suos ab omni advocacia. Testes: *Hainricus, decanus, Nycolaus, tunc cellarius, Ruedigerus* et alii. (Lib. testament. fol. 34ᵇ.)

CCXLVIII.

Anno 1239. — *Pro XII carrunculis salis de salina in Taure.*

Ut etatis nostre negocia firmitatis id habeant et vigoris, ne quid eis postmodum opponat cupiditas aut subducat oblivio,

a quo possit in posterum exire dissensio, certis solent apicibus annotari. Notum sit igitur omnibus, tam presentibus quam futuris, hanc paginam inspecturis, quod *Otto, nobilis dux Meranie* et *comes palatinus Burgundie*, cartam privilegii sigilli *soceri sui, comitis Alberti de Tyrol*, corroboratam, sibi ab *Hainrico, venerabili preposito* et fratribus *ecclesie novecellensis* ostensam legens in ea reperit scriptum, quod dictus comes pia voluntate et spe retribucionis future in honorem domini nostri Jesu Christi sueque genitricis Marie et omnium sanctorum pro remedio anime ipsius suorumque heredum XII carrunculas salis *dictis fratribus* et *ecclesie sancte Marie in Novacella* de salina sua in *Tauro* dari constituit annuatim ante festum sancti Johannis vel XIV diebus post, occasione qualibet remota. Supra scriptus vero dux opera, volens pietatis pocius augmentari quam minui, dictam salis illius donacionem, que de matrimonio *uxoris sue, filie sepe dicti comitis*, ad ipsum fuerat devoluta, firmam et inconcussam a se suisque heredibus perpetuo cupiens observari, presentem paginam scribi et ipsius sigillo decrevit roborari. Hujus rei testes sunt: Dominus *Heinricus de Stierbach*, dominus *Otto de Schawenbach*, dominus *Berhtoldus Tarandus*, dominus *Marquardus et dominus Berchtungus de Mais*, dominus *Hainricus de Cufedun*, dominus *Jacobus de Sumersperch*, dominus *Gebehardus de Starkenperch* et alii quam plures viri boni testimonii. Facta sunt hec in castro *Cufedun* anno dominice incarnacionis M. CC. XXX. VIIII. (Lib. donation. fol. 25^{b}.)

CCXLIX.

Anno 1240. — *Novale secus pontem in Clusna, quod dicitur Pach.*

Noverint omnes Christiani, quod *Reimbertus, senior de Clusna*, novale, quod habuit secus pontem, quod dicitur *Pach*, quod multis excolebat expensis et sudore, sitis ibi vitibus et arboribus pomiferis et multis lignis circumjacentibus, idem *Reimbertus*, cum de hoc seculo migraret, quod in sudore vultus sui operatus est, obtulit *beate virgini* cum cultis et incultis pro anime sue redempcione. Idem novale *comes tyrolensis* privilegiavit contra dominum *Hainricum de Cuvedun*, qui dicebat, se illud habere ab eo in feudo, sicut hodie apud nos in suo continetur privilegio. Testes: *Comes tyrolensis Perchtoldus, Engelmarus Tarandus, Chuonradus scriba* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 34^{b}, fol. 35^{a}.)

CCL.

Anno 1240. — *De vineis et aliis possessionibus in Algunde.*

Pateat universis, hanc paginam inspecturis, quod ego *Albertus, comes de Tyrol,* spe divine mercedis et corone ordinavi et pro testamento fieri meo volens, constitui, ut nullus heredum vel officialium meorum exactiones aliquas sive jus advocacie facere aut exigere debeat de vinea *novecellensis ecclesie* aput *Algunde* sita vel eciam aliis possessionibus, que ibidem collate in posterum *ecclesie* fuerint *prelibate.* Ad hec pia voluntate concessi, ut quilibet ministerialium sive fidelium meorum patrimonium ipsius pro salute anime *ecclesie et fratribus,* deo ibidem famulantibus, legare libere valeat et conferre. Preterea consensi et concessi, quod *Hermannus, dictus Zwicho de Traburch,* vasallus meus, voluntate et *manu mee uxoris, Uetele comitisse,* quartam partem curie armentarie cum ovili ibidem locato contulit *ecclesie sepe dicte.* Hujus facti testes sunt: Dominus *Hainricus, brixinensis ecclesie decanus,* dominus *Sifridus, hospitalarius de Brixina,* dominus *Hartungus, canonicus novecellensis,* dominus *Berhtoldus, dictus Tarant de Tyrol,* dominus *Hainricus de Cufedun* et alii quam plures. Hec autem ut firma in posterum et inconvulsa permaneant, hanc paginam scribi et meo sigillo volui communiri. Acta sunt hec anno domini M. CC. XL., Indict. XIII. tercio kal. Maii. (Lib. donation. fol. 31[a], fol. 31[b]).

CCLI.

Anno 1240. — *Litera Friderici de Rodanch pro terminis montis comicie in Ras, pertinentis ad monasterium novecellense.*

In nomine domini Amen. Quia summe circumspectionis studio firmari debet utilitatis et honestatis condicio, quam reproborum et malignancium calumpniare nititur et immutare tradicio, ego igitur *Fridericus de Rodanch* notum fieri cupio universis, tam presentibus quam futuris fidelibus, quod, cum post mortem reverendi patris mei per successionem hereditariam *comiciam Ras* et alios redditus patrimonialiter possidemus, ad suggestionem quorundam, subpressa veritatis serie, inductus volebam judicio contendere cum *ecclesia novecellensi* pro terminis montis et dicte *comicie Rase;* dominus vero *Heinricus, prepositus ejusdem monas-*

terii, per publica instrumenta suorum privilegiorum me a conceptu questionis indebite pure et simpliciter revocans distinctis locis et vocabulis coram venerabilibus, domino *Alberto, summo preposito*, et *Hainrico, decano brixinensis ecclesie*, reliquisque canonicis ejusdem ecclesie, perscripcionem sue donacionis et juris in eodem monte solempniter demonstravit. — Cum igitur privilegium tam auctorabile et solempne, videlicet *Hainrici, brixinensis episcopi*, et *Alberti, illustris comitis tyrolensis*, nec non pie memorie patris mei indecens sit infringere ac viciare, sed pocius deceat me pro viribus defendere et donativis propriis ampliare, idem privilegium cum tenore et continencia donacionis supradicte ego *Fridericus et Arnoldus de Schöneck*, frater meus, divine remuneracionis intuitu et justicia exigente pro nobis et pro nostris heredibus ratum et firmum in perpetuum habere volumus et presencium literarum ac sigillorum nostrorum testimonio roboramus, dantes *ecclesie supradicte* liberam facultatem de cetero plantandi et exercendi culta et inculta infra terminos prescriptos, que suis usibus fuerint profutura. Hujus rei testes sunt: *Albertus, summus prepositus, Hainricus decanus, Kunradus, dictus de Ryschon, Ulricus Suppanus, Fridericus Lithus, Otager, canonicus brixinensis, Merboto, sacerdos, Hartmannus, hospitalarius, Wilhelmus et Hainricus de Aicha, Chalhohus, dictus Lithus, Otto de Schönekg* et *Hainricus de Marcha*, milites, *Hainricus Stamphart, miles, Fridericus Phaffe, Gregorius* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. XL, Indict. III., in die apostolorum Philippi et Jacobi. (Registrat. vet. tom. I. fol. 34^{b}.)

CCLII.

Anno 1241. — *Domus in Clusa.*

Notum sit ecclesie, quod dominus *Ludovicus de Clusa* famulus fuit *ecclesie sancte Marie* et *uxor ejus hospitalis sanctorum apostolorum Clusine* qui jure forensi egregiam domum possidebant et pro voto convenerunt, quod post obitum eorum utraque pars ad suam accederet ecclesiam. Eis vero decedentibus nos et domus hospitalis intravimus possessionem, et quia parva domus duos magnos hospites capere non potest, nos dedimus hospitali pro parte sua vineam unam et duos agros secus pontem. Area vero, in qua domus sita est, fuit domini *Hainrici, episcopi brixinensis*, qui post multas supplicaciones quasi piissimus pater

motus pie karitatis affectu ad honorem dei et genitricis ejus aream predictam *huic* contulit *ecclesie*, dans domino *Eberhardo de Sabiona* in mandatis, ut nos mitteret in possessionem corporalem. Testes: *Ruodolfus hospitalarius*, frater *Hartmannus*, dominus *Eberhardus de Seben* et *filii ejus Heinricus*, *Burchardus et alii*. Lib. testament. fol. 35ª.)

CCLIII.

Anno 1241. — *Pratum secus villam Lajan.*

Noverit eciam ecclesia, quod *Sifridus de Lajan* et *filius ejus Engilmarus*, cognomine *Schurf*, tradiderunt *nobis* pratum unum secus *villam Lajan*, quod ex parte matris, que libera fuit, hereditaverunt. Testes: *Gerungus*, *Martinus de Lajan* et *filius ejus Nycolaus* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 35ª.)

CCLIV.

Anno 1242. — *Area aput Bozanum extra muros.*

Dignum est, quod omnibus Christi fidelibus innotescat, quod dominus *Egno*, *nobilis et honorandus sancte brixinensis ecclesie Electus*, incipiens sibi hic facere memoriale propter nomen suum juxta illud evangelii: clam non debere lucernam in vase latere, noluit, quod lumen oracionum et elemosinarum nostrarum splenderet sine largitatis sue beneficio et benedictione, potestativa manu aput *Bozanum* extra muros tradidit *nobis* aream, in qua potest domus fundari ad utilitatem et proventus *ecclesie nostre*. Hujus donacionis testes sunt: *Comes Ulricus de Ultimis*, dominus *Arnoldus de Rodank*, dominus *Albertus de Teisse*, dominus *Hainricus de Lagestel*, dominus *Chunradus de Griffenstein* et frater ejus dominus *Hainricus*, dominus *Perhtoldus Tarant*, dominus *Chuonradus*, *capellanus*, *villicus domini episcopi Manno de Dome* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 35ª.)

CCLV.

Anno 1242. — *De una area aput Bozanum circa ecclesiam sancti Ingenuini.*

Egno, *dei gracia brixinensis ecclesie Electus et confirmatus*, universis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, paginam

hanc inspecturis, salutem et veram in domino caritatem. Cum quilibet hominum christianorum ad honorem dei omnipotentis et salutem anime sue dotes ecclesiarum sive locorum domino dedicatorum amplificare pro posse teneatur, nos ad noticiam universorum volumus pervenire, quod ad peticionem *Hainrici, venerabilis prepositi novecellensis*, et conventus *ejusdem coenobii dictam ecclesiam novacellensem* una area apud *Bozanum* circa ecclesiam sancti Ingenuini, que extra muros civitatis est, pro remedio anime nostre curavimus investiendam, ita quod sepe dicta *ecclesia novacellensis* eandem aream sine censu quolibet debet perpetualiter possidere. Hujus rei testes sunt: Dominus *Ulricus, comes de Ultimis, Arnoldus de Rodank, Albertus de Voytsperch, Hainricus de Langenstel, Albero de Nuders* et alii quam plures. Et ut ista rata sint et a successoribus nostris inviolata permaneant, hanc paginam sigilli nostri munimine jussimus roborari. Actum in *portu Athesis* sub *castro Andriano*. Anno dominice incarnacionis M. CC. XL. II., Indictione quinta decima. (Lib. donation. fol. 36^{b}, fol. 31^{a}.)

CCLVI.

Anno 1242. — *De predio quodam juxta Namlach.*

Notum sit omnibus, presentem cartulam intuentibus, quod *Berhtoldus de Namlach*, qui cognominatur *Lantpot*, omne jus, quod habuit in quodam predio juxta *Namlach* sito unacum filio suo resignavit in manus *domini Nycolai, procuratoris de Novacella*, pro quo se XVIII libras Veron. a prefato *Nicolao* confitebatur accepisse. Acta sunt hec anno domini M. CC. XL. II., die secunda intrante Aprili in estuario *plebani de Patriarcesdorf* coram domino *Hainrico, castellano, et Ernesto*, tunc *judice in Linz* existente. Hujus rei testes sunt: dominus *Hainricus, castellanus, Hainricus de Tolsach* et *Eberhardus de Patriarkesdorf*, plebani, *Amelricus, Hermannus et Berhtoldus, sacerdotes, Lanzo de silva*. (Lib. donation. fol. 39^{b}, fol. 40^{a}.)

CCLVII.

Anno 1243. — *Curia vinaria super Miliol.*

Pagina presentis scripti ostendit Christi fidelibus, quod domina *Mathildis de Mittersel*, soror domini *Reimberti de Velles*

senioris, non pro laude humana sed pro respectione dei contulit *huic ecclesie* curiam unam vinariam super *Miliol* tali laudamento, quod frater ejus *Reimbertus* et heredes ejus solverent dictam curiam pro XX talentis ratisponensium et solucione facta curia rediret ad heredes; ipsa vero pecuniam dedit ad mensam domini, ut Christus, filius dei, faceret eam mense celestis participem. Testes: dominus *Gerungus, plebanus in Velles*, dominus *Werenherus de Schenkenberch*, *Hainricus*, *Wilhelmus et alii*. (Lib. testament. fol. 35^{b}.)

CCLVIII.

Anno 1243. — *De curia dicta Kuckenperch in Lazvons.*

Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, quod ego *Ekkehardus Gerro*, cognoscens me deum offendisse atque conscienciam propriam lesisse spoliando dominas *de Novacella* in duabus curiis, quas oviles dicimus, auferens omnia pecora ex illis curiis: unde contricione cordis stimulatus ad satisfaciendum deo et religiosis feminis lesis predictis, scilicet dominabus predictis de *Novacella*, et in remedium et remissionem peccatorum meorum contuli eis curiam unam in *Lazvons*, que dicitur *Cukenperch*. Quod ut ratum existeret, presentem paginam sigilli mei munimine ipsis tradidi roboratam, subscriptos testes adjungendo, qui presentes fuerunt: Dominus *Nycolaus, cellerarius, sacerdos et canonicus novecellensis*, dominus *Albertus, subdiaconus et canonicus novecellensis*, *Werinherus de Mose*, *Ortolfus*, *Gebhardus*, *Peregrinus et alii quam plures*. (Lib. donation. fol. 37^{b}.)

CCLIX.

Anno 1244. — *Tres curie super Achernach.*

Ne aliquid per oblivionem negligatur, repetimus fidelibus Christi, quod dominus *Wernherus de Schenkenberc senior* tradidit *ecclesie Novecelle* tres curias super *Achernach*, cum adhuc *junior Wernherus* puer esset, et cum intraret annos discrecionis, revocavit donacionem patris et reclamavit. Postea accepta aliquanta pecunia renovavit donacionem et confirmavit sub hac pactione, quod heredes sui ab omni cessarent impeticione, ipse vero ex permissione dei et providencia sui ante mortem ipsius

dedit ad consolacionem fratrum V karradas vini pro testamento. Et quia dominus cooperatur omnia in omnibus, postea intestatus decessit. Testes: dominus *Reimbertus senior de Velles*, *Ruobertus*, *Wintherus*, *milites de Tiers*, *Uolricus de ecclesia*, miles et alii. (Lib. testament. fol. 35ᵇ.)

CCLX.

Anno 1246. — *Curia in Witental apud Phurrens.*

Notum esse volumus omnibus Christi fidelibus, quod *nos prepositus ecclesie novecellensis et conventus* quandam curiam aput *Phurrens in Witental a Friderico*, *ministro brixinensis ecclesie*, nec non ab altero *Friderico*, *proprio domini Ottonis Welph*, qui ambo *Huttharii cognomine* nuncupantur, pro XXV marcis Veronens. comparavimus. Hujus rei testes sunt: *Heinricus*, *decanus*, *Albertus de Aichach*, canonici brixinenses. (Lib. testament. fol. 38ᵃ.)

CCLXI.

Anno 1246. — *De curia in Witental, Phurnis dicta.*

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Ego *Otto de Huonivels*, cognomine *Welph*, notum facio, quod *vasallus meus Fridericus*, *cognomine Hutter*, de voluntate mea contulit *ecclesie sancte Marie novecellensi* partem curie *in Witental*, que *Phurnis* dicitur. Testes: *Otto Welph*, *Jacobus*, *scriba*. (Lib. donation. fol. 29ᵇ.)

CCLXII.

Anno 1247. — *Huba dimidia in Pernpuhel et dimidia decima ejusdem curie, nec non honesta familia.*

Testamenta, que fideles faciunt filii ecclesie sancte, pro recordacionis affectu debent retineri ac sciri, qualiter dominus *Fridericus de Gais*, *canonicus brixinensis*, sibi perpetuum memoriale in *familiari nostra fraternitate* pro reverencia beate virginis et oracionum nostrarum participacione per manum domini *Egnonis*, *brixinensis Electi*, dedit *ecclesie nostre* dimidiam huobam in *Perenpuhel* et dimidiam decimam ejusdem curie. Postea vero, cum ipse beato fine quievit, per eum nobis accesserunt C libre

Veronens., et nos considerata ejus bone voluntatis constancia et devocione *scolarem suum Paulum* collegimus in plenam fraternitatem. Addidit et nobis honestam familiam quandam, *Gerdrudem cum duabus filiabus* suis, *Giuta et Elysabeth*, et tres fratres earum, si non permanerent in clericatu, sciens, quod elemosina oraret pro eo et quia utilis est ad purgacionem peccatorum. (Lib. testament. fol. 35[b], fol. 36[a].)

CCLXIII.

Anno 1247. — *Lis inter Fridericum et fratrem suum Gotschalcum et Rudolfum juniorem de Resen sedata.*

Notandum est, quod lis, que vertebatur inter dominum *Fridericum et fratrem suum Gotschalcum* et dominum *Rudolfum juniorem de Resen, socerum ejus*, diffinita est et sedata in ecclesia beati *Nycolai in Stegen* in conventu domini *Hainrici prepositi et archipresbyteri*, sub arbitris, *Nicolao, tunc cellario* et domino *Hainrico de Intichingen;* ibique juraverunt dominus *Fridericus* et dominus *Rudolfus*, quod quidquid ipsi arbitri dicerent aut facerent super hac lite, hoc ratum haberent. Tunc de consilio arbitrorum dominus *Fridericus* juratus renunciavit omni proprietati et communitati, quam habebat cum fratre *suo Gotscalco*, excepta curia *Pernpuhel* et domina *Gertrude cum pueris suis.* E contra dominus *Rudolfus* juratus pro se et uxore sua promisit, quod daret domino *Friderico* C libras pro illa renunciacione et illas C libras per cunctos terminos assignavit domino *Hainrico, preposito Novecelle*, et *Nycolao, tunc cellerario*, quod factum est audientibus et presentibus omnibus plebanis et vicariis ejusdem archipresbyteratus et laicis multis, domino *Hainrico de Intichingen, Ruoberto Musouge, Perhtoldo Pfaffe et Ottagro, militibus, Friderico Papezger* et *officiali de Tufers* et aliis quam plurimis. (Lib. testament. fol. 36[a].)

CCLXIV.

Anno 1247. — *Predium super Portinges.*

Perpetua fidelium beatitudo tenaciter debet recordari, quod *Ruodolfus, miles de Trens*, cum jam processisset in diebus suis, volens relinquere seculum, contulit se *huic monasterio* ad communem vitam, quia dedit *ecclesie* bonum predium super *Portinges*,

ut ipse mereretur videre bona domini in terra vivencium. Testes: dominus *Hainricus et Fridericus de Trens, Alber Ruzo* et alii. (Lib. testament. fol. 36ª.)

CCLXV.

Anno 1248. — *Ager super Pfange.*

Et hoc sciant fideles Christiani, quod quidam *Chunradus de Pflange,* cum consensu uxoris sue per manus *Reimberti et Ekkehardi, Gerronum,* tradidit *ecclesie* agrum unum super *Pflangen* tali condicione, ut ipse singulis annis pro censu det V solidos Veronens. in festo omnium sanctorum; et quando ipsi ambo decesserint, predictus ager cedat in usum *ecclesie* cum omni juris sui proprietate. Testes: *Chuonradus de Pfalz, Pernhardus de Kiens, Chuonradus, miles* et alii. (Lib. testament. fol. 36ª.)

CCLXVI.

Anno 1248. — *Concambium inter Hugonem de Tuvers et ecclesiam novecellensem.*

Cognoscant omnes Christiani, quod *nos et ecclesia nostra* fecimus quoddam concambium cum domino *Hugone de Tuvers seniore;* nos dedimus ei duas curiolas in *Eurn* in suo districtu, unam, quam coluit *Rasman,* aliam *Hohenpuhel.* E contra dominus *Hugo* dedit *nobis* curiam unam *Chiens* secus villam juxta ripam. Testes: *Perhtoldus Pfaffe, Ottager, Gundeker, milites ejus,* et alii. (Lib. testament, fol. 36ª, fol. 36ᵇ.)

CCLXVII.

Anno 1248. — *Ager in Schaubes.*

In nomine domini Amen. Oblivionis periculum comminatur, quidquid literarum testimonio non firmatur. Unde notum sit Christi fidelibus universis, quod ego *Ulricus, custos in Novacella,* dictus *Schalrensis, ejusdem ecclesie* canonicus, comparavi quendam agrum situm aput *Schaubes* a *Jacobo de Valles* pro XX libris Veron. parvulorum denariorum ad utilitatem ac servitutem *ecclesie sancte Marie in Novacella.* Et ut hec permaneant inconvulsa, presens cedula sigillo domini *Arnoldi de*

Rodanch ad majorem certitudinem consignatur. Hec acta sunt aput *Res* anno domini M. CC. XL. VIII., preposito *Chunrado*, qui dicebatur *de Rodanch*, ipsam *ecclesiam novecellensem* gubernante. Hujus rei testes sunt sacerdotes: dominus *Eberwinus*, *Fridericus*, *Chunradus de Pichertingen*, dominus *Arnoldus de Rodanch*, dominus *Wolfkerus*, *Hainricus*, *villicus de Res*, *Waltmannus de Vinteln* et alii quam plures. (Lib. donation. fol. 34^{b}.)

CCLXVIII.

Anno 1249. — *Ovile Geruute.*

Et hoc adjicere volumus, quod fideles Christi memoriter recolant, quod dominus *Eberhardus de Tethsningen*, *ministerialis ecclesie brixinensis*, vir probatus et fidelis verbis et operibus, pro intercessione beate virginis et obtentu oracionum et elemosinarum nostrarum contulit *ecclesie* unum ovile, quod vocatur *Geruute*, ut ipse cum aliis ovibus Christi in pascuis pasceretur eternis. Testes: *Gotschalcus*, *filius ejus*, *Reimbertus*, *Heinricus de Gerlstein*, milites, et alii. (Lib. testament. fol. 35^{b}.)

CCLXIX.

Anno 1249. — *Predium in Tulver.*

Cum vox divina cottidie clamet, date elemosinam et omnia munda sunt vobis, dominus *Wilhelmus*, *junior de Velturns*, pro *uxore sua Mathilde*, filia domini *Amelrici de Rifenstain*, contuli *ecclesie* quoddam *in Tulver* tali pacto, quod non alienaretur ab ecclesia concambio vel vendicione. Testes: dominus *Willehelmus*, *senior*, dominus *Purchardus*, senior, *Chuonradus de Mose*, *Egeno et filii ejus*, et alii. (Lib. testament. fol. 36^{b}.)

CCLXX.

Anno 1250. — *Lis de curia Pudelit decisa.*

Notum sit omnibus, tam futuris quam presentibus, quod lis et controversia, que vertebatur inter *ecclesiam Novecelle* et *Ruebertum*, *Alberonem et Ulschalcum*, dictos *Musougen* de curia, que vocatur *Pudelit*, taliter est decisa, quod *prefata ecclesia* jam dicto Ruoberto LX libras Veronens. persolvit sub tali forma

pactionis, quod idem *Ruobertus* omni juri suo, quod in ipsam curiam habere videbatur, cessit omnimodo et abrenunciavit et fratres suos supradictos, qui tunc presentes non aderant, quantocius se locus obtulerit, ad hoc inducere debet, ut consenciant in id ipsum, omni juri suo de ipsa curia similiter abrenunciando. Quodsi prefatus *Ruobertus* facere neglexerit et fratres sui assensum sibi prebere noluerint, pecuniam supradictam *eidem ecclesie* resignabit et numquam de cetero *ipsam ecclesiam* super eadem causa impetere debebit, dato super hoc fidejussore, domino suo *Uolrico de Tufers.* Si vero predictus dominus *Ulricus, nobilis de Tufers*, in ipsa fideijussione stare noluerit, transacto unius anni spacio, sepedicta pecunia *ecclesie prefate* per eum resignabitur ita tamen, quod *Ruobertus eandem ecclesiam*, ut prenotavimus, de cetero nullo modo impetere debeat vel infestare. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, hanc cedulam nobilis domini *Ulrici de Tufers* sigilli appensione decrevimus roborari. Hujus rei mediatores fuerunt: Dominus *Heinricus, decanus brixinensis*, dominus *Jacobus, miles de Nauces, villicus de foro.* Testes: dominus *Sivridus, cellerarius, Gotscalcus, plebanus de Gais, Chunradus, miles, Chunradus, plebanus de Pfalzen, Nycolaus, diaconus, Perhtoldus de Niwenburch, Ottager, Chunradus de Uotinheim, Otto de Schönecke, milites, plebanus de Eurin, dictus Musauge Volkerus, Perchtoldus, Feria sexta, Hagno* laici et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. L. aput *sanctum Georium* in *Pustrissa valle.* (Lib. donation. fol. 19^{b}, fol. 20^{a}.)

CCLXXI.

Anno 1251. — *De agro, dicto Unterliten.*

Chunradus, dei gracia prepositus de Novacella, universis Christi fidelibus salutem in domino. Noveritis, quod cum *Dietrico de Stegin* concambium fecimus cum agro suo, quem habuit dictum nomine *Unterliten,* cum agro nostro, quem habuimus sub monte *Wartperch.* Testes: *Eberwinus et Uolricus, sacerdotes, Sifridus Vulpis, Albertus, plebanus de sancto Laurentio, Ruedolfus, plebanus de Olagin, Albertus, subclaviger.* Acta sunt hec anno domini M. CC. LI. in *nova Cella* in coenaculo prepositi. (Lib. donation. fol. 38^{a}, fol. 39^{b}.)

CCLXXII.

Anno 1252. — *Pratum et ager juxta Tumburch.*

Fidelis ecclesia cognoscat, quod *Geroldus, procurator episcoporum brixinensium*, pro uxore sua *Rihza de Nauces* dedit *ecclesie novecellensi* pratum et agrum unum juxta *Tumburch.* Testes: *Gotschalcus, pater ejus et Heinricus.* (Lib. testament. fol. 36ᵇ.)

CCLXXIII.

Anno 1252. — *Curtis super Moransen.*

Dignum est, hic cum sincero cordis affectu recogitare, qualiter dominus *Karolus sacerdos, frater militum de Torinten,* per manum fratrum suorum, *Alberti et Hainrici,* tradidit *ecclesie novecellensi* curtem unam super *Moransen* juxta ecclesiam. Testes: *Hartmannus, senior de Witental,* et *filius suus Hartmannus, Stephanus, miles eorum.* (Lib. testament. fol. 36ᵇ.)

CCLXXIV.

Anno 1252. — *Litera Friderici et Weraldi de Wange pro non dando eis theloneo in Bozano et alias.*

Pateat universis, quod nos *fratres de Wanga, Fridericus et Weraldus*, provida liberalitate nec non pro pia voluntate patris nostri, domini *Alberonis,* ad peticionem venerabilis *prepositi domini Sifridi Novecelle* indulsimus et concessimus jam dicto preposito et ipsius fratribus *Novecelle,* ut nec ipsi nec eorum successores theloneum aut mutam aput *Bozanum* vel alias de proventibus suarum possessionum nobis et nostris successoribus debeant. Hujus rei testes sunt: Dominus *Hugo vome Stain,* dominus *Ulricus, frater suus de Velturns, Puer de Meste, Liber de Ache*, dominus *Jacobus de Litschau*, dominus *Otto Bavarus*, *Bertholdus de Chamgen*, *Hainricus filius domini Leonis de Glurns.* Facta sunt hec in *Novacella* anno domini M. CC. LII. (Registrat. vet. tom. I. fol. 41ᵃ.)

CCLXXV.

Anno 1253. — *Lis de curia in Schoves sedata.*

Sciat ecclesia, quod *nos* et *nostra ecclesia novecellensis* quondam curiam *Schaubes* multis annis in pace possedimus et equitate; tunc surrexit *Chuonradus de Schaubes*, qui dicitur *Vechter* et de consilio impiorum, qui maligna loquuntur, allegavit constanter, quod eandem curiam legaliter hereditaret, qui de consilio *Arnoldi, domini de Rodank*, accepta aliquanta pecunia, abiit retrorsum, juri usurpato renuncians. Testes: dominus *Arnoldus de Rodank*, *Hainricus et Chuonradus de Porta*, *Hainricus de Res et Albanus*, *Chuonradus de Schouves*. (Lib. testament. fol. 37ª.)

CCLXXVI.

Anno 1253. — *De duobus agris et una area in Res, quam quidam Heinricus dedit.*

Notum sit Christi fidelibus universis, quod ego *Heinricus, villicus de Res* de voluntate et consensu domini *Arnoldi de Rodanch* tradidi et donavi duos agellos et unam aream in *Res* ad utilitatem et servitutem *sancte Marie in Novacella*, quos agellos et quam aream emi a duabus sororibus, *Hemma et Gisla*. Testes: dominus *Arnoldus de Rodank*, dominus *Eberwinus, Nycolaus, Uolricus, Chunradus de Pihertingen, Fridericus, canonici Neocelle*, sacerdotes et *de eadem ecclesia*, dominus *Bertholdus*, dominus *Ulricus de Tisnes*, diaconus, et alii quam plures. (Lib. donation. fol. 34ª, fol. 34ᵇ.)

CCLXXVII.

Anno 1253. — *Litera Alberti comitis remittentis tercium denarium in theloneo dando.*

Que geruntur in tempore, ne processu temporis labantur et ne possit eis devocari calumpnia, literarum testimonio debent perhenari. Inde noverint universi, tam presentes quam futuri, quod nos *Albertus, comes Tyrolis*, pro reverencia et honore beate virginis Marie ad peticionem et instanciam *venerabilis domini Heinrici, prepositi novecellensis ecclesie*, dimittimus liberaliter ter-

cium denarium in omni loco, *ubi patrui nostri, domini, Fridericus et Beraldus, fratres nobiles de Wanga,* duos denarios predictis ad peticionem antedictorum indulserunt in theloneo et muta precipue *Bozani.* Acta sunt hec anno domini M. CC. LIII. aput *Novamdomum,* Indict XI. Hujus rei testes sunt: Dominus *Hainricus, decanus brixinensis, Hartmannus Tarantus, Berchtoldus, dapifer de Ruvina, Perchtoldus Cherlle, Fridericus, scriba* et alii quam plures. (Registrat. vet. tom. I. fol. 42^{b}, fol. 43^{a}.)

CCLXXVIII.

Anno 1254. — *Due partes curie in Luchdach.*

Filii sancte ecclesie cognoscant, quod quedam devota mulier, *Hiltigundis de Tuvers,* incipiens huc conversari, mutato habitu, contulit *ecclesie* terciam partem cujusdam curie in *Luchdach,* quam hereditavit. Et quum dominus *Hugo senior* intraret expedicionem *Mediolanum, Ottager, miles ejus,* qui legitimam habebat sororem dicte *Hiltegundis,* per manus domini sui et consensu uxoris sue aliam partem ejusdem curie tradidit *ecclesie* tali pacto, quod ipse proventus per annum perciperet, quamdiu viveret, et post mortem ejus partes ille libere accederent ad *ecclesiam novecellensem* et quod ipse annuatim solveret duas libras Veronens. in festo beati Nicolai. Tercia pars ejusdem curie fuit *uxoris Ruoberti Musougen,* que fuit soror istarum predictarum. Testes: *Perchtoldus Pfaffe, Gundeker, Ruodolfus, milites* et alii, dominus *Petrus,* dominus *Richolfus, plebanus de Tuvers,* dominus *Hainricus, sacerdos,* dominus *Chuonradus, miles de Uttenheim, Otto de Chemnat, Hainricus de Luchdach, Wintherus, Fridericus scolaris, Pertoldus, Nicolaus servus* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 37^{a}.)

CCLXXIX.

Anno 1256. — *Lis de curia in Valles sopita.*

Stilo memorie commendandum est, quod domina *Herradis de Nouces, soror Luipoldi et Eberhardi militum,* cum non haberet heredem, curiam in *Valles* obtulit *beate virgini Novecelle.* Ea vero mortua, *Otto, Fridericus et Albertus, fratres de Nouces,* et alii nepotes eorum dicebant, eandem curiam jure consuetudinis eisdem accessisse. Et convenientes fratres et nepotes illius

nacionis omnes particulas illius curie projecerunt *Alberto*, cognomine *Heugeier*, fratri eorum, qui ad ultimam devenerat paupertatem, qui accepta a nobis aliquanta pecunia expedita mente recessit ab illa impeticione, fratribus et nepotibus consencientibus. Huic generali pacto ad *altare beate virginis* interfuit dominus *Jacobus*, *Fridericus*, *Albero*, *frater*, *Hainricus de Hove* et *fratres sui*, *Gebehardus cum fratribus suis*; *Willihelmus et Sybandus* prius renunciaverunt. (Lib. testament. fol. 37[b].)

CCLXXX.

Anno 1256. — *Heimo pergamenarius decimam in Pfalzen habet.*

Noverint universi, tam presentes quam futuri, quod *Heimo*, *pergamenarius*, et progenitores et posteri sui infeudatum habent quoddam feudum, videlicet quandam decimam in *Phalnz* de quibusdam mansis in loco, qui dicitur super *Platten*. Hujus decime tercia pars pertinet ad ecclesiam *Phalnz*, quam dominus *Henricus*, *prepositus Novecelle*, de consensu et voluntate tocius conventus sui indulsit eidem *Heimoni* jure censuali et omnibus suis heredibus ita, ut singulis annis XII cutes pergameni ad *Novacellam* inde persolvat tam ipse quam heredes ipsius et possideant, quamdiu ipsum censum persolvant. Adhuc autem tenetur prelibatus *Heimo* facere pergamenum *preposito et ecclesie Novecelle*, si rudes pelles sibi assignantur, ita tamen, ut sibi aliqua consolacio exhibeatur pro labore. Acta sunt hec in hospitali *Brixine* anno domini M. CC. LVI. II. kal. Augusti. Hujus rei testes sunt: Dominus *Albertus*, dominus *Perhtoldus*, dominus *Hartmannus*, canonici novecellenses, dominus *Heinricus Mousouge*, dominus *Chunradus*, dominus *Engelberus*, sacerdotes, *Albertus et senior et junior Fritach*, *Petrus*, *filius medici* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 43[a].)

CCLXXXI.

Anno 1256. — *Privilegium pro Puntegleit.*

Nos fratres uterini et coheredes, videlicet *Hainricus*, *Arnoldus*, *Willehelmus de Velles*, ad noticiam transmittimus fidelium universorum, quod curiam nostram *Puntegleit* cum omnibus suis pertinenciis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, pratis,

aquis et pascuis tradidimus sine omni jure advocacie libere et absolute *ecclesie novecellensi* propter deum precipue et salutem parentum ac progenitorum nostrorum nec non pro recompensatione XXX marcarum parvulorum veronensium, quas *eidem ecclesie* pro satisfactione rerum ablatarum fuimus obligati. Hujus rei testes sunt: *Willehelmus de Aichach, Heinricus miles, Willeboldus, Bertholdus, Otacher et Otto de Velseke, Fridericus Turler, Christianus et Gisibreht de Fledes* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LVI., Indict. XIV., die V. iniciante Novembri. (Lib. donacion. fol. 22ᵇ.)

CCLXXXII.

Anno 1257. — *Pro ecclesia nostra in Velles.*

Nos Bruno, dei et apostolice sedis gracia brixinensis ecclesie episcopus, ad noticiam tam presencium quam futurorum volumus devenire, quod, cum *castrum sancti Petri, in valle Eni situm,* per donacionem et ordinacionem felicis recordacionis *comitis Ulrici de Ultimis* ad *brixinensis ecclesie* proprietatem et usum devolutum fuisset, adtendentes, quod ex memorato castro et frequencia mansionis nostre ibidem major ecclesie nostre honoris et proventuum posset cumulus provenire, maxime cum in terminis *vallis Eni* municiones et oppida quam plura cum suis pertinenciis licet infeudata, ad nostram ecclesiam jure proprietatis possint devolvi, si possessores eorum contigerit de hoc seculo sine liberis emigrare, cogitavimus proinde possessiones et redditus justa adepcione pro nostris necessitatibus et ejusdem castri conservacione pro viribus ampliare. Verum quia hujusmodi propositum nostrum sine aminiculo *domus novecellensis* producere nequivimus ad effectum, *prepositum et fratres ejusdem loci* una cum domino *Hainrico, decano brixinensi,* et ministerialibus nostris potioribus et primis cum instancia precum cepimus sollicitare, ut possessiones suas in *Obernhofen* cum suis pertinenciis, scilicet agris, pratis, pascuis atque silvis, quesitis et inquisitis, cultis et incultis, sepe dicto castro contiguas commutarent. Considerans autem memoratus *prepositus cum collegio fratrum suorum,* peticionem nostram esse racionabilem et honestam, eam tamquam filii obedientes et devote studuerunt producere ad effectum, possessiones predictas episcopatus nostri usibus conferentes, recompensacionem

earundem possessionum gracie nostre simpliciter per omnia submittendo. Nos itaque benevole et paterne intendentes refusionem proventuum *ecclesie sepe dicte*, ut indempnis permaneret, providimus in *ecclesia Velles* cum suis universis pertinenciis pure ac simpliciter propter deum nec non in anime nostre remedium et promocionem *ecclesie*, que nos antea studuerat ob nostri reverenciam et sue devocionis obedienciam promovere, maxime cum carere beneficio non debeat, qui servicium non neglexerit exhibere. Omnes ergo, in cura regiminis nobis succedentes, hortamur in domino Jesu Christo, quatenus pro beneficio, ecclesie nostre *ab ecclesia novecellensi* impenso, vicissitudinem impendere satagant salutarem, nostram donacionem inviolabilem et ratam habendo, alioquin possessiones *ecclesie supra dicte* vel equipollentes, quas dignum duxerit acceptare, sibi salve ac integre resignentur. Et ut dicta donacio majus recipiat incrementum ac eciam robur majoris obtineat firmitatis, presens scriptum sanctissimo patri et domino nostro sacro, sancte romane ecclesie summo pontifici, confirmandum summa precum instancia presentamus. Acta sunt hec in choro brixinensis ecclesie, anno domini M. CC. LVII., V. kal. Marcii, Indict. XV. Hujus rei testes sunt: *Albertus, summus prepositus brixinensis ecclesie, Hartmannus, hospitalensis ejusdem ecclesie, Tegno, hospitalensis de Clusa, Chunradus et Merboto, sacerdotes et capellani domini episcopi brixinensis, Gotscalcus et Marquardus, scriptores domini episcopi brixinensis, Ulricus, diaconus de Tysnes, Eberhardus, comes de Chirchperch*, dominus *Albertus de Voitsperch*, dominus *Willehelmus de Aychach*, dominus *Perhtoldus Chrello*, dominus *Ulricus de Resen*, dominus *Fridericus de Rodanch, Ortolfus Cherarius*, ministeriales ecclesie brixinensis, et alii quam plures. (Lib. donation. 13ª, fol. 14ᵇ, fol. 15ª.)

CCLXXXIII.

Anno 1258. — *Curia una super Schalres.*

Filii sancte ecclesie cognoscant, quod dominus *Ernestus, junior de Voitsperch*, cum conderet testamentum in extremis suis, in honore beate virginis et pro remedio peccatorum suorum delegavit *huic ecclesie novecellensi* curiam unam *super Schalres* per manus *filiorum suorum, Willehelmi et Reimberti*, quam delegatio-

nem dominus *Albertus*, frater suus, sua tradicione confirmavit. Testes: dominus *Hainricus de Matray*, *Gotschalcus Pitlade*, *Merboto*, dominus *Otto de Schrenbach*, milites, *Wernherus*, *Hainricus* et alii. (Lib. testament. fol. 37[b].)

CCLXXXIV.

Anno 1258. — *Empcio quarte partis molendini, pertinentis ad curiam Nonnay.*

Anno domini millesimo CCLVIII. Ego *Fridericus de Nonnay, filius Mio*, quartam partem molendini, pertinentis ad curiam *Nonnay, ecclesie novecellensi* pro tribus libris vendidi perpetuo possidendam et ut fratres mei, *Conradus et Hainricus*, predictam vendicionem ratam habeant, *Fridericus, patruus meus de Nonnay* fidejussit. (Lib. testament. fol. 45[a].)

CCLXXXV.

Anno 1259. — *Altmannus de Stegen, liber, se obtulit beate virgini.*

Notandum est, quod dominus *Altmannus de Stegen*, cum esset de sanguine liberorum, proprium se obtulit super *altare beate virginis* et proprietati et servituti *ecclesie* se subjugavit, postea filiam *ecclesie* duxit in uxorem. Testes: *Perhtoldus, villicus de Ragen*, *Gotschalcus, faber*, *Hainricus Wesche* et alii quam *plures de Stegen*. (Lib. testament. fol. 37[b].)

CCLXXXVI.

Anno 1261. — *Prima incorporacio ecclesie parochialis Essnich ipsi monasterio novecellensi.*

Nos *Ulricus, dei gracia sancte salisburgensis ecclesie archiepiscopus*, apostolice sedis legatus, attendentes sincere dilectionis et devocionis affectum, quem dilecti nobis in Christo religiosi viri, *prepositus et conventus ecclesie novecellensis*, nobis et ecclesie nostre exhibuerunt hactenus sinceris obsequiis et exhibere non desinunt operis per effectum, nec minis domini *Philippi, persequutoris nostri*, territi nec ipsius injuriis vel molestiis perturbati, *ecclesiam in Essnichk* cum omnibus juribus, usibus et pertinenciis suis vacantem et liberam eisdem, *preposito et conventui*, conferimus

pleno jure perpetuo possidendam. Datum *Veneciis* X. intrante Septembri, anno domini M. CC. LXI. (Registrat. vet. tom. I. fol. 284ª.)

CCLXXXVII.

Anno 1262. — *Litera pro curia ze Ragen in Braunegk.*

Ego *Ulricus de Taufers* notum esse volo universis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod instancia necessitatis cogente recepi sex carradas vini brixinensis mensure aput *prepositum Hainricum venerabilem Novecelle* sub tali condicionis forma et pacti, ut curiam meam in *Ragen* teneat titulo pignoris ipse et *ecclesia sua* cum omnibus suis pertinenciis libere et absolute, quousque de proventibus ejus percipiat valorem XIII marcarum et II librarum veron. parvulorum denariorum. Ut autem condicio hujus pacti effectum sumat operis et veritatis, fideles meos, *Chunradum dictum Tobretel, Chunradum et Hiltgrimum de Utenheim* cum attestacione presencium mandavi exhibere pro me *sepedicte ecclesie novecellensi* fidejussoriam cautionem. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXII. (Registrat. vetus tom. II. fol. 280ª.)

CCLXXXVIII.

Anno 1262. — *Instrumentum concordacionis pro curia Pusnakg in Vilanders.*

Anno domini milesimo CC. LXII. Indictione quinta, die veneris XV. intrante Decembri in *Bozano* apud domum domini *Conradi de Grifenstain* in presencia domini *Heinrici de Grifenstain, Alberti de Fürmiano, Conradi de Fürmiano, fratris domini Ottonis, Gotschalci Chyrcharii,* villici *Conradi de sancta Affra, Gerhardi Latini, Alberti Schilharii, Conradi notarii, Conzi Maysarii, Dietrici* et aliorum coram domino *Conrado de Grifenstain-justiciario in Bozano,* certis sub condicionibus lis decisa est, que vertebatur inter *ecclesiam novecellensem* et *Reimbertum et Hainricum de Vilanders* propter curiam *Pasnagk* in monte *Vilanders,* presente procuratore *monasterii novecellensis,* domino *Perchtoldo,* sacerdote, dicto *de sancto Michaele, confratre de Novacella.* (Registrat. vet. tom. III. fol. 57ª, fol. 57ᵇ.)

CCLXXXIX.

Anno 1265. — *Duo allodia, unum in Winchel, alterum dictum an der Leiten.*

Ego *Uolricus de Tufers* tenore presencium et continencia universis cupio fore notum, quod recompensacione XIII marcarum, in quibus pro vino quantitate VI carradarum mensure brixinensis et quinquaginta librarum veronens. *ecclesie novecellensi* tenebar, quam eciam pro refusione molendini sui aput *sanctum Georgium* ipsi dedi duo allodia, unum in *Winchel*, alterum dictum *an der Leiten*, cum omnibus eorum attinenciis, pratis, pascuis atque silvis, cultis et incultis, XXVI libras persolvencia. Acta sunt hec anno domini M. CC., LXV. in castro *Schönecke*, testibus subnotatis: Domino *Geroldo, capellano, domino Hartmanno, sacerdote*, domino *Perhtoldo, provisore in Phalenz*, domino *Ruperto Vinche, domino Hiltegrimo, Hainrico de Saleck, Pertoldo de Resen, Waltmanno et Uolrico de Gais* et aliis quam pluribus. (Lib. testament. fol. 40ᵇ.)

CCXC.

Anno 1265. — *Pro fundo domus nostre in Brixina aput scolas.*

Nos Bruno, dei gracia brixinensis ecclesie episcopus, zelo paterne karitatis moti beneficiis, que predecessores nostri *karissime filie nostre, novecellensi ecclesie*, ob religionis amorem favorabiliter contulerunt, aliquid adjicere cupientes fundum unum *Brixine*, ubi quondam *castrum*, nobis nimium onerosum, habebant domini, videlicet *Fridericus de Rodanch et Arnoldus de Schöneck, fratres*, quod propter contumaciam, offensas et gravamina inhabitancium, nobis et ecclesie nostre illata, per nostros obtentum et a nobis dirutum existit, quodque processu temporis, dictorum nobilium accedente voluntate ac consensu, ducentis marcis comparavimus, sic destructum *dicte novecellensi ecclesie*, ut in eo domum construeret, de pontificali auctoritate donavimus, jure proprietatis perpetuo retinendum et colendum. Primus terminus hujus fundi est refectorium sive scole, secundus via publica apud *domum decani brixinensis*, tercius infra *rotundam turrim*, quatenus murata domus extenditur, quartus

strata parvula, qua transitur apud *sanctum Johannem.* Item quod inter domum muratam et turrim rotundam fiat latrina. Cum igitur memorata *ecclesia novecellensis* locum ipsum sordidum lapidibus et cemento purgarit et coluerit tempore caristie gravibus laboribus et expensis, ne nostra donacio dampnosa sibi inveniatur aut in posterum revocetur, presentem cedulam sigillorum, scilicet nostri et capituli nostri munimine decrevimus roborandam. Et ut ipsa donacio majus accipiat incrementum ac eciam robur majoris obtineat firmitatis, presens scriptum sanctissimo patri, sacrosancte ecclesie romane summo pontifici, confirmandum summa precum instancia presentamus. Nomina testium sunt hec: *Hartmannus, prepositus major, Hainricus, decanus, Marquardus, prepositus sancte Marie brixinensis, Hartmannus, custos, Merboto, Aron,* sacerdotes, *comes Chunradus de Chirchperch, Gotschalcus, miles de Monte, Chalhohus Lithus, Chunradus niger* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini. M. CC. LX. V. Indictione VIII., pridie kal. Marcii feliciter Amen. (Lib. donation. fol. 24^{b}, fol. 25^{a}.)

CCXCI.

Anno 1265. — *De concambio possessionum in Lejan, Avers, Riede et in Forise.*

Nos *Bruno, dei gracia episcopus ecclesie brixinensis,* constare volumus universis, presentem paginam inspecturis, quod, cum dominum *Wilhelmum, dictum de Aychach,* demolitorem ecclesie nostre, in captivitate teneremus, super illatis ecclesie nostre dampnis opportunam satisfactionem percipere cupientes, dominus *Meinhardus, comes Goricie et tyrolensis,* ad dandam sibi medietatem eorundem bonorum, que nobis super solucione dampnorum ecclesie nostre cedere debebant, nos tamdiu importunitatis premebat instancia, quousque in redditibus L marcarum, vellemus nollemus, oporteret sibi uberius providere; nos ergo violenciam hujusmodi et gravamen avertere non valentes et sine sensibili ecclesie nostre dampno a nobis expetita persolvere non sufficientes, adhibito nobis universo confratrum nostrorum canonicorum ac ministerialium nostrorum collegio, venerabilem dominum *Heinricum, prepositum novecellensem,* cum *ceteris fratribus canonicis ejusdem loci* multa precum instancia cepimus deprecari,

quatenus possessiones ecclesie sue, videlicet in *Layen et in Avers* et in *Riede* et in *Forise*, XIV marcas solventes in redditibus cum suis pertinenciis omnibus, tam quesitis quam inquesitis, cultis et incultis, ad satisfaciendum predicti comitis instancie pro possessionibus ecclesie nostre infra positis commutarent. Qui tamquam filii devocionis et obediencie nostram necessitatem intventes ac peticionem nostram devocius adimplentes in commutacione predictarum suarum possessionum acceperunt a nobis has possessiones de nostris dominicalibus officiis cum omnibus usibus, qui de ipsis percipi poterunt, ordinatas videlicet apud *Arnelle*, quod dicitur *Livinal*, duo ovilia, item in *Lysen* mansum, qui dicitur *Underwurzen*, item in *Stabingen* unum mansum, item in *Valriffel* unum mansum, item in *Valles* unum mansum, item in plebe *Velles* unam curiam vinariam, que dicitur *Pomay*, item in *officio nostro Ufhoven apud Plan* duos mansos cum annexis eisdem duobus agris et quibusdam pratis, item in *officio nostro*, quod dicitur *Anras*, aput *Tal* duos mansos. Ut igitur antedicta hec forma commutacionis permanere valeat inconvulsa, presentem formulam sanctissimo patri ac domino *Clementi, summo pontifici*, confirmandam omni precum devocione et instancia presentamus Acta sunt hec anno domini M. CC. LX. V. (Lib. donation. fol. 26ª, fol. 26ᵇ.)

CCXCII.

Anno 1265. — *De agro Bernhardi, sito apud Brixinam.*

Bruno, brixinensis ecclesie episcopus, omnibus tam presentibus quam futuris, salutem in auctore salutis. Notum esse volumus, quod quidam *Bernhardus, proprius ecclesie sancte Marie in Novacella*, civis brixinensis, et *uxor sua domina Heilca* tradiderunt per manus nostras agrum quendam apud civitatem situm predicte *ecclesie sancte Marie in Novacella*, quem ipsi emerant a domino *Ulrico Aquatico* cum consensu et voluntate fratris sui *Waltheri Aquatici et filii sui.* Ut autem hec tradicio rata in posterum permaneat et firma, sigilli nostri munimine censuimus roborandam, pro sufficienti quoque cautela testes providimus subscribendos. Testes: dominus *Gerungus, decanus*, dominus *Peringerus, vicedominus*, magister *Albero de Patavia*, dominus *Sifridus, hospitalensis in Brixina, Hainricus, scriba, Werinherus de Schen-*

chinberch et *frater ejus Willehelmus, Hainricus et Eberwinus de Monte, milites,* dominus *Hartungus et frater ejus Arnoldus de Monte* et alii quam plures. (Lib. donation. fol. 38[b], fol. 39[a].)

CCXCIII.

Anno 1266. — *De domo et horto in Brixina, quam dominus Ulricus de Resin, ministerialis ecclesie brixinensis, ecclesie Novecelle tradidit.*

Nos Bruno, divina miseracione brixinensis ecclesie episcopus, considerato, quod *Ulricus de Resin,* ministerialis ecclesie nostre, cum affectu et proposito salutari circa *monasterium Novecelle* moveretur, *eidem monasterio* domum suam et ortum in *Brixina,* quam a nobis habuit titulo feudi, eoquod area ejusdem domus ad stacionem sive locacionem equorum curie nostre, quod vulgo *Marstal* dicitur, pertinet, cum consensu et bona voluntate *filiorum suorum, Willehelmi, canonici brixinensis,* et *Arnoldi,* per manus nostras tradidit pleno jure, volumus, ipsam domum de speciali gracia nostre munificencie tali gaudere libertate, ut jus forense, quod vulgo marchrecht dicitur, non requiratur nec prefecto subjaceat ad ullam exactionem aut angariam, eidem domui infligendam. Hujus rei testes sunt: Dominus *Chunradus, decanus brixinensis de Rischon,* dominus *Marquardus, prepositus sancte Marie,* dominus *Duringus,* dominus *Reimbertus de Tisnes, canonici brixinenses,* dominus *Merboto, capellanus,* dominus *Hainricus, nobilis de Rotinburch,* dominus *Chalhohus Taberna, Engellinus, officialis de Ufhoven, Albertus, Chunradus fratres Cincingerii, Perchtoldus, officialis,* et alii quam plures. Datum in *Chelburch* XIII. intrante mense Augusto anno domini M. CC. LXVI., Indictione X. (Lib. donation. fol. 27[a].)

CCXCIV.

Anno 1266. — *Litera domini Arnoldi de Resen ratihabicionis prescripte donacionis domus et orti in Brixina, facte monasterio novecellensi.*

Domino et amico, venerabili *Heinrico, preposito Novecelle,* ac universo suo collegio *Arnoldus de Resen* promptum et devotum possibilitatis obsequium. Pro reverencia dei et sui genitricis, semper virginis Marie, firmam et ratam habeo donacionem domus et orti apud *Brixinam,* quam *pater meus Ulricus* et *frater*

meus Wilhelmus, canonicus brixinensis, fecerunt *ecclesie vestre* per manus domini *episcopi brixinensis Brunonis,* perpetuo servandam, cupiens et sperans pro consensu hujusmodi beneficii beatificari gloria sempiterna. Datum anno M. CC. LXVI., Indictione X., in castro meo *Rasen.* (Registrat. vet. tom. I. fol. 175^{b}.)

CCXCV.

Anno 1267. — *De domo et area quadam, quam dominus Ulricus de Resen ecclesie novecellensi donavit.*

Noverint universi, tam presentes quam futuri, quod *Willehelmus, filius domini Ulrici de Rasen, canonicus brixinensis,* coram honestis viris, clericis et laicis, subscriptis, renunciavit omni juri, quod videbatur habere in domo et area, quam dictus *Ulricus, pater suus* comparaverat ab *Erchenboldo* et donavit *ecclesie novecellensi* per manum venerabilis domini *Brunonis, episcopi brixinensis.* Testes: Dominus *Chunradus, decanus,* dominus *Duringus,* dominus *Marquardus, prepositus sancte Marie,* dominus *Hartmannus, custos,* dominus *Fridericus de Aqua,* canonici, *dominus Aron,* dominus *Hainricus comes,* dominus *Ulricus, sacerdotes,* dominus *Albertus, sacerdos et canonicus novecellensis,* magister *Hadmarus,* dominus *Chalhohus, miles, Ulricus de Aqua, Jacobus et Chunradus, Zincingarii, Hainricus, filius domine Gese, Liebardus, famulus ecclesie novecellensis,* et alii quam plures. (Lib. donation. fol. 29^{a}, fol. 29^{b}.)

CCXCVI.

Anno 1269. — *De Stuvels.*

Notum sit universis, quod ego *Fridericus de Rodanch* unacum *Chunrado de Pray* publice juravimus, ratificare omnem donacionem hominum et possessionum in *Stuvels,* quandocumque ego *Fridericus de Rodanch* per dominum *prepositum novecellensem* fuero debite requisitus. Quodsi vero per me non fuerit fideliter laboratum, ita ut plenum effectum dicta donacio non sortiatur ego *Fridericus de Rodank* de voluntate et consensu fratris mei *Arnoldi de Schönecke* et sui *filii Arnoldi* huebam meam in *Witental* cum omnibus suis pertinenciis trado *beate Marie virgini in Novacella* et ex quadam hueba mea quam colit *Waltmannus in*

Aychach, redditus trium librarum veronensium in perpetuum possidendos. Testes hujus rei sunt: *Marquardus, prepositus sancte Marie Brixine*, dominus *Hainricus, plebanus de aurea valle*, dominus *Hartmannus, Albertus, Berhtoldus, Ulricus Tisner, Ingrammus, sacerdotes, Albertus, diaconus, fratres conventus novecellensis, Fridericus* subdiaconus, *Otto de Schonegke*, miles *Arnoldi de Marche, Chunradus de Pray, Thomas, civis de Tridento, Fridericus, dictus comes, Chunradus de Lenginstein, Petrus, coriator, Guoto pellifex*, servi *ecclesie novecellensis* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXVIIII. (Lib. donation. fol. 28^{b}, fol. 29^{a}.)

CCXCVII.

Anno 1269. — *Litera empcionis arearum, ortorum, vinearum et hominum in Stuvels a domino Friderico de Rodanch pro XL marcis veronensium.*

Notum sit universis, quod, cum dominus *Fridericus de Rodanch* tempore necessitatis multorum debitorum possessiones suas et homines cogeretur alienare, ipse habito consilio et pleno consensu fratris sui domini *Arnoldi de Schönecke* et *filii ejusdem senioris Arnoldi* possessiones in *Stuvels* sitas, areas, ortos, vineas et homines, scilicet filios et filias *Ottonis et domine Gese, uxoris sue*, et *Albertum*, dictum *Sunlinum*, et uxorem suam *Jutam* et filios et filias eorundem vendidit *ecclesie sancte Marie in Novacella* pro XL marcis veronensium parvulorum. Testes, qui et supra. (Registrat. vet. tom. I. fol. 176^{b}, fol. 177^{a}.)

CCXCVIII.

Anno 1271. — *Privilegium immunitatis ecclesie novecellensis et omnium ejus personarum et rerum inter septa murorum et sepium et poena non servancium.*

Nos *Bruno, dei gracia ecclesie brixinensis episcopus*, et *Meinhardus et Albertus, eadem gracia comites Tyrolis et Goricie* et *Ulricus, nobilis de Tufers* universis presentem paginam inspicientibus, tam presentibus quam futuris, tenore presencium cupimus esse manifestum, quod nos recognoscentes dampna et gravamina, *ecclesie novecellensi* guerrarum tempore imminencia et sepius illata, tante ruine compaciendo, deliberato sano con-

silio, taliter statuimus, ut si quando aliqua prelia vel guerre deinceps orte fuerint, nos utrimque, scilicet *episcopus et comites et Tuferensis* nostrique ministeriales et qualescunque homines nobis subjecti quamquam personarum vel quidquam rerum, ad *ecclesiam novecellensem* pertinencium infra clausuram portarum et septa murorum et sepium prorsus invadere aut offendere non presumant. Et si contra per aliquem nostrum adtemptatum fuerit, ex nunc divinis carere nos et familiam nostram et sentencia excommunicacionis innodatos judicamus tamdiu, quousque ecclesie memorate pro tali emunitate in integrum fuerit satisfactum. Et medio tempore, ubicunque nos personaliter transire vel manere continget, in ipsis locis tantum tempore nostre mansionis divina sint suspensa. Sed post satisfactionem plenariam illatorum dampnorum prelatus novecellensis habebit auctoritatem, hac sentencia constrictos absolvendi et sacramentis restituendi ecclesie. Quicumque vero ministerialium contra idem statutum nostrum et emunitatem ecclesie memorate aliquid adtemptare presumpserint, omnia predia, que proprietatis jure possident, et omnia feoda, quibus ab episcopo et a comitibus noscuntur infeodati, feodorum dominis vacabunt; nichilominus tamen vinculo excommunicacionis et suspensionis divinorum, sicut supra dictum est, subjacebunt. Ad hanc igitur emunitatem *ecclesie novecellensis* perpetualiter conservandam presentem paginam sigillorum omnium nostrorum supra scriptorum munimine roboramus. Acta sunt hec aput *Novacellam* anno domini M. CC. LXXI., Indictione XIV., V. Idus Julii. (Lib. donation. fol. 13[a], fol. 13[b].)

CCXCIX.

Anno 1272. — *Litera ratificacionis empcionis possessionis in Raes a domino Walthero ad monasterium novecellense pro LXX marcis comparate.*

Noverint universi fideles, tam presentes quam futuri, quod nos *Albertus et Hainricus, fratres de Voitsperch*, et *Reimbertus, noster patruelis*, tradidimus *ecclesie sancte Marie in Novacella* apud *Brixinam* proprietatem possessionis apud *Räs*, quam a nobis in feodo habuit dominus *Hainricus, dictus Hirsvogel* et postmodum *filius ejus*, dominus *Waltherus* nobis resignavit, procurante *Wernhero, carnifice curie brixinensis*, qui eandem possessionem a predicto domino *Walthero* feodaliter tenuit et *supradicte ecclesie* vendidit pro LXX marcis veronensium parvulorum. Et ut hec

donacio rata et firma *antedicte ecclesie* perpetuo perseveret presentem cedulam sigillis nostris decrevimus pro testimonio insignire. Et hujus rei testes sunt: dominus *Jacobus, sacerdos, novecellensis,* dominus *Heinricus,* dominus *Otto,* dominus *Petrus, sacerdotes sancte Marie in Brixina,* dominus *Gotschalcus de Stetse,* magister *Hadmarus,* magister *Wernherus, Arnoldus Saltman, Albertus,* carnifices, *Perchtoldus de Raes, Chunradus Zinzinger* et alii quam plures. Acta sunt hec *Brixine in domo Wernheri,* carnificis, anno M. CC. LXXII. (Registrat. vet. tom. II. fol. 92[b].)

CCC.

Anno 1274. — *Litera, quod Gotschalcus de Valvenstain cessit impeticioni contra monasterium novecellense.*

Anno domini millesimo CCLXXIV., Indictione secunda, die dominico XI, intrante Marcio, in *Bozano* in *domo fratrum predicatorum* in presencia *fratris Hainrici,* scribe, fratris *Johannis de Quenstain,* fratrum predicatorum *de Bozano, fratris Nicolai, domini Jacobi probi,* domini *Ulrici de Bozano,* domini *Swikeri, Christiani, filii quondam domini Ulrici, Joslini,* et aliorum testium rogatorum; ibique dominus *Goteschalcus de Valvenstain* pro se et suis heredibus fecit finem, datam cessionem et refutacionem irrevocabilem *domino preposito Hainrico novecellensis ecclesie,* sibi et suis *confratribus de Novacella* et *dicte ecclesie* de omni et toto eo, quod dicere vel petere possit ab eis occasione aliqua usque adhuc. Insuper dictus dominus *Gotschalcus de Valvenstain* promisit dicto domino *Hainrico preposito* pro se et suis successoribus nunquam impetere seu molestare *dictum prepositum* seu *ecclesiam de Novacella.* Ego *Berelotus, notarius domini Hainrici regis* interfui et rogatus scripsi. (Registrat. vet. tom. I., fol. 154[a], fol. 154[b].)

CCCI.

Anno 1275. — *Decima Jacobi de Albiunes.*

Jacobus de Albiunis et omnes heredes ejus debent solvere ecclesie novecellensi unam galetam olei in purificacione sancte Marie virginis annuatim de decima, quam emit de *Hartwico Quaterpani*; et he decime sunt in *parochia Lajan* in allodiis,

Uflictim dictis, superius et inferius et tercium dicitur *Part*, in quo residet *Rudbertus*. Testes sunt: *Gebhardus de Steteneke, Hugo de Aichach, Chunradus de Lajan, Gotschalcus de Stufels, Perchtoldus de Ras.* (Lib. testament. fol. 59^{b}.)

CCCII.

Anno 1275. — *Pro commixtione legitima hominum ecclesie nostre et brixinensis et equa particione eorundem.*

Ne culumpnia aut oblivio presencia facta obnubilare faciat in futuro, nos *Bruno, dei gracia brixinensis ecclesie episcopus*, hujus litere testimonio constare cupimus, quod precum instancia et voluntate hominum de familia nostra, nec non hominum de familia *sancte Marie novecellensis ecclesie aput Brixinam*, pari consensu, nostro videlicet et jam *dicte ecclesie* per omnia accedente, statutum inter nos utrimque gratuitum fecimus in perpetuum valiturum, quod omnes de familia nostra cum familia *dicte ecclesie* matrimonia legitima valeant celebrare, hac pacti forma et condicione subjuncta, quod heredes eorum successione perpetua equa et consimili particione alterutrum sine omni prejudicio parciantur; quam utique condicionem nobilibus ac ministerialibus nostris interdicimus nec volumus observari. Ad hujus rei noticiam et evidenciam ampliorem presentem paginam cum sigillo nostro et sigillo *ecclesie sepe dicte* duximus roborandum. Actum *Brixine* anno domini M. CC. LXXV., Id. Februarii. (Lib. donation. fol. 13^{b}. fol. 14^{a}.)

CCCIII.

Anno 1275. — *Pro XL diebus indulgencie ab episcopo tridentino, fratre Heinrico, ecclesie novecellensi concesse.*

Frater *Hainricus, dei gracia episcopus tridentinus*, salutem in filio dei vivi. Loca sanctorum pia sunt a Christi fidelibus colenda devocione, ut, dum dei honoramus amicos, ipsi nos amabiles reddant deo et illorum nobis quodammodo vendicantes patrocinium, quod nostris non valemus meritis, eorum mereamur intercessionibus obtinere. Cupientes itaque, ut *ecclesia*, que dicitur *Novacella*, brixinensis dioecesis, in qua religiosi viri ordinis beati Augustini dinoscuntur omnipotenti domino devocius famulari, congruis honoribus ac piarum devocionum obsequiis

frequentetur, omnibus ad *predictum monasterium* causa devocionis confluentibus, corde contritis et confessis, quadraginta dies de injunctis eis penitenciis, omnipotentis dei confisi misericordia, in domino relaxamus, dum tamen hoc de diocesani processerit voluntate. Datum *Lenginmos* anno domini M. CC. LXXV in octava epiphanie. (Lib. donation. fol. 39ª.)

CCCIV.

Anno 1276. — *De quibusdam pratis in Braitewise, in Ebirwines, Gerute, in Kalhohistal et vor dem Madeleuner et in monte Tramusch.*

Pateat universis, presens scriptum inspecturis, quod nos *Bruno, dei gracia episcopus brixinensis*, ad instanciam domini *Hainrici, prepositi Novecelle*, et *sui conventus* ex parte una, et fidelis ecclesie nostre *Jacobi, dicti Norman*, et *filiorum ejus, Reimberti et Berhtoldi*, ex altera, nostrum dedimus consensum et voluntatem vicissim commutandi agros, prata, silvas et nemora, sita *in Valles*, secundum quod in vocabulis eorundem presens scriptum lucidius declarabit. Predictus enim *Jacobus Norman* et filii sui hec prata, videlicet pratum in *Braitewise*, pratum in *Eberwines et Gerute*, pratum *Chalhohistal*, pratum *vor dem Madeleuner*, pratum aliud ibidem, *montem Tramusch* cum mobili et immobili commutarunt; e contra *ecclesia novecellensis* agros *Pustrisse vallis* pro iisdem in debita equivalencia commutavit, prout in suis literis sub sigillo sui conventus evidencius demonstratur. Ne autem alter in alterius calumpniam aut prejudicium acceptare aliquid videatur, *Jacobus* pro se et suis filiis dedit caucionem super jam dictos agros et super omnes res et possessiones suas, ne, *dicta ecclesia* impeticione ulla gravetur propter eos, justicia exigente. Et ut hec rata et inconvulsa permaneant, fecimus hanc paginam sub attestacione subscriptorum testium nostri sigilli munimine roborari. Hujus rei testes sunt: Dominus *Merboto, archypresbyter superioris vallis Eni, Chunradus, diaconus, notarius domini prepositi, Hainricus, notarius domini episcopi, Ulricus Prueler, preco domini episcopi, dictus Grave, Manze, Hainricus, dictus Croph, Berhtoldus de Rese, Jacobus, Ekkehardus de Vilanders.* Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXVI., Indictione IV., in die sancti Matthei apostoli. (Lib. donation. fol. 31ª, fol. 31ᵇ.)

CCCV.

Anno 1277. — *Locacio domus site juxta monasterium novecellense.*

Universitati fidelium innotescat, quod post mortem fidelis famuli ecclesie nostre *Berhtoldi, dicti Fritach,* locavimus *uxori sue Diemudi* pro XX libris Veronensium parvulorum domum sitam circa *monasterium nostrum*, agros et decimas ac omnia, que dictus maritus ejus ab ecclesia nostra possidere juste et racionabiliter noscebatur, ut inde solvat pro annuo censu duas galetas olei et alia servicia consueta, nullum jus profitentes in eisdem bonis *filiam eorundem, nomine Oboldinam,* habituram ex eo, quod ante mortem patris provisum fuerit eidem per duos maritos successive cum rebus mobilibus sufficienter. Simpliciter tamen et pure propter dominum posuimus *Berhtoldum juvenem,* nepotem *Berhtoldi senioris* antedicti, in spem successionis hereditarie post decessum *Diemudis prenominate, avie* ejusdem, tali posita condicione, ut a proxima dominica Invocavit infra spacium duorum annorum mulierem ad consilium prelati *ecclesie nostre* ducat legitime in uxorem, solutis nihilominus XX libris Veronensium parvulorum pro introductione et annis singulis duas galetas olei pro censu et alia servicia debita et consueta. Quod si legitime, ut dictum est, tempore constituto non contraheret matrimonium, fides et gracia de successione hereditatis sibi promissa cassata et inanis penitus remanebit. Hujus rei testes sunt: Dominus *Hartmannus, plebanus novecellensis,* dominus *Albertus, plebanus in Nouces, sacerdotes et canonici Novecelle, Albertus, diaconus, confrater ejusdem ecclesie, Fridericus, diaconus, Berhtoldus, villicus, Berhtoldus de Rese.* Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXVII. Idibus Februarii. (Lib. testament. fol. 40^{b}, fol. 41^{a}.)

CCCVI.

Anno 1277. — *Locantur domus, area et agri adjacentes.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus et futuris, quod ego *Ingrammus, novecellensis prepositus,* consencientibus et faventibus confratribus meis omnibus, locavi et concessi domum, aream et agros adjacentes, que quondam *Petrus, dictus Granator,*

a nobis possidebat, *Berhtoldo, dicto de Res, ecclesie nostre* servo, *sueque uxori Gertrudi, relicte quondam Petri* proxime nominati, suisque filiis et eorum heredibus, si quos tamen, domino concedente, dicti *Berhtoldus et Gertrudis* in simul sunt habituri, et non aliis pro XII urnis vini clusensis mensure, hoc anno persolvendis et ut inde tam ipsi quam sui heredes, si quos habituri sunt, singulis annis nobis solvant censum debitum et consuetum videlicet X libras Veronensium parvulorum et galetam olei. Hujus facti testes sunt: Dominus *Hartmannus*, dominus *Ulricus*, dominus *Petrus*, dominus *Jacobus*, dominus *Albertus*, *sacerdotes et canonici Novecelle;* item dominus *Ottager de Stuvels*, *Conradus, dictus Cincinger, civis brixinensis*, *Fridericus, dictus comes* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXVII., Kalendis Aprilis. (Lib. testament. fol. 41ª.)

CCCVII.

Anno 1277. — *Curia Schretewinchil et Ammeigene.*

Noverint universi, tam presentes quam futuri, quod ego *Heinricus, dictus Musouge, plebanus in aurea valle*, pro salute et remedio anime mee contuli *ecclesie Novecelle apud Brixinam* ad refocillacionem et curam infirmorum fratrum *ejusdem ecclesie* duas curias, unam *dictam Schretewinchil*, quam ab *Ulrico de Luggedach* pro sexaginta libris Veronensium emi, alteram dictam *Ammeeigene*, quam a domino *Heinrico de Marchia*, milite, pro triginta libris Veronensium emi, libere et absolute omni jure proprietatis perpetuo possidendas. Acta sunt hec in choro publico *monasterii Novecelle* ad altare publicum beate Marie virginis anno domini M. CC. LXXVII., Indictione V., in die sancti Bartolomei apostoli presentibus et videntibus testibus subnotatis, quorum nomina sunt hec: Dominus *Ingrammus, prepositus Novecelle*, dominus *Marquardus, canonicus brixinensis et prepositus sancte Marie ibidem*; item canonici monasterii novecellensis domini, *Chunradus, Hartmannus, Fridericus, Ulricus, Ottager, Jacobus, Albertus, Karolus, sacerdotes;* item *Fridericus, Fridericus, Nicolaus, subdiaconus;* item dominus *Chunradus de Livinalongo, Albero, dictus Calvus* et *Hiltigrimus*, *milites;* item *Berhtoldus de Res* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 42ᵇ.)

CCCVIII.

Anno 1277. — *Pro curia in Plikele.*

In nomine domini Amen. Propter humane condicionis fragilitatem necesse est, ut acta hominum scriptis annotentur, ne aput posteros oblivione tollantur. Noverint universi, tam presentes quam futuri, quod nos *Ingrammus, dei permissione prepositus novecellensis ecclesie, ab Arnoldo de Velles* curiam suam, sitam *in Plikele*, quam *Hermannus* excolit, emimus pro pecunia XXXIV marcarum usualis monete ipseque *Arnoldus de Velles* ad *altare publicum beate Marie virginis in Novacella* precipue pro sua suorumque salute animarum memoratam curiam tradidit sive donavit nomine et jure vere proprietatis libere et absolute sine omni jure advocacie *ecclesie novecellensi* perpetuo possidendam cum omnibus suis pertinenciis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, cum omni proprietatis jure, quo dictus *Arnoldus* et omnes progenitores sui memoratam curiam hereditaverint, promittens unacum *fratribus suis, videlicet Hainrico et Wilhelmo de Velles*, per stipulacionem super omnibus possessionibus suis et heredum suorum, habitis et habendis, pro se, pro conjugibus et omnibus eorum heredibus memoratam curiam ab omni vexacione impeticionis coram omni judicio eximere et relaxare, deputantes hujus promissionis caucionem super omnibus possessionibus suis et heredum ac posterorum, habitis et habendis. Ut autem hec inconvulsa et illibata permaneant et perpetuo roborata, presens scriptum munimine sigillorum venerabilis in Christo patris nostri et domini *Brunonis, episcopi brixinensis,* nec non *capituli brixinensis* et *Hainrici senioris de Velles,* eoquod *Arnoldus et Willihelmus* sigilla propria non habeant, in testimonium perpetue donacionis placuit roborari. Hujus facti testes sunt: *Ingrammus, prepositus novecellensis,* cum suis *fratribus et concanonicis*, quorum nomina sunt hec: *Chunradus de Pihertingen, Hartmannus, Fridericus de Tisnes, Ottager, Petrus, Jacobus, cellerarius, Albertus, sacerdotes,* dominus *Chunradus* sacerdos, *dictus de Gollinchofen, Fridericus, Fridericus, Fridericus et Nicolaus,* subdiaconi, dominus *Albertus, miles dictus Calvus,* et alii quam plures. Acta sunt hec in choro *Novecelle* anno domini M. CC. LXXVII, Indictione V., XIV. Kalend.

Junii, quo martyrologium continet natalicia sanctorum martyrum Marci et Marcelliani. Post modum non parvo intervallo temporis, videlicet eodem anno in die sancti Udalrici, episcopi et confessoris, *nos Ingrammus, prepositus Novecelle,* et *Jacobus cellerarius,* et *Albertus sacerdotes* et *canonici ejusdem ecclesie novecellensis,* ducti sumus in possessionem prememorate curie in *Plikele* presentibus et testibus et donatoribus, *Heinrico, Arnoldo et Willihelmo, fratribus de Velles.* Item testes sunt hujus inductionis in possessionem memorate curie: dominus *Ingrammus, prepositus Novecelle,* dominus *Ottager,* dominus *Jacobus,* dominus *Albertus, sacerdotes et canonici novecellenses,* dominus *Briccius, sacerdos,* fratres prefati, *Heinricus, Arnoldus, Willihelmus de Velles, Eberhardus, civis de Clusa, Heinricus, dictus Goslich, Jacobus Her, dictus Werder, Hiltigrimus, inductor possessionis,* et alii quam plures. (Lib. donation. fol. 21^{b}, fol. 22^{a}, fol. 22^{b}.)

CCCIX.

Anno 1277. — *Privilegium pro ovili in Spiluke, dicto Coste.*

Noverint universi, tam presentes quam futuri, quod ego *Eberhardus, comes de Chirchperch, dei gracia summus prepositus ecclesie majoris in Brixina,* nec *non vicedominus venerabilis in Christo patris nostri domini Brunonis, episcopi brixinensis,* et non solum in temporalibus sed eciam in spiritualibus hoc tempore pro absencia ejusdem *domini Brunonis, episcopi brixinensis,* cum peticione, consensu, voluntate et manu omnium, quorum interest, virorum et mulierum, quorum nomina sunt hec: *Reimbertus de Voytsperch, Albertus, plebanus de Rodanch, Ottilia, relicta quondam Heinrici, Burcgravii de Voitsperch, et filii ejus, Elizabet et Alhaidis,* item *Alhaidis de Niwenburch,* pro remedio et salute anime dilecti in Christo *Alberti, Burcgravii de Voitsperch, ministerialis ecclesie brixinensis,* contuli *ecclesie novecellensi aput Brixinam* in monte *Spiluke* unum ovile et unum novale ibidem, dictum in *Anruth,* quod *Albertus, dictus Vasser,* excolit, cum silvis, pratis, pascuis, agris et omnibus suis pertinenciis quesitis et inquirendis, ad profectum et utilitatem fratrum, inibi deo serviencium, pleno et omni jure libere et absolute perpetuo possidenda. Ut autem hec donacio et testacio jam dicte *ecclesie novecellensi* salva et illibata permaneat, ego *Eberhardus, comes*

de Chirchperch et summus prepositus ecclesie brixinensis, una cum domino *Chunrado, decano brixinensi, Reimberto de Voitsperch*, et *Friderico, preposito*, fide data vice sacramenti in manus venerabilis *Ingrammi, prepositi novecellensis*, ego cum ipsis et ipsi mecum promisimus, eandem donacionem sive ipsum testamentum eidem *ecclesie novecellensi* salvum et illibatum conservare et a quibuscunque adversantibus modis omnibus omni tempore defensare. Hujus facti testes sunt: dominus *Ingrammus, prepositus novecellensis*, cum *confratribus suis*, sacerdotibus, *Chunrado de Pichertingen, Hartmanno, Friderico, Ulrico de Tisnes, Ottagro, Petro, Jacobo, cellerario, Alberto;* item domino *Chunrado de Gollinchofen, sacerdote, Reimberto de Sabiona*, domino *Witmaro de Vern*, domino *Alberto, dicto Calvo, Diemo, officiali comitis tyrolensis;* item huic donacioni interfuerunt: *Fridericus, dictus comes, Fridericus, dictus Flichart, Dietmarus, officialis* et alii quam plures. In hujus rei testimonium presens scriptum sigillo *capituli brixinensis* et meo volui roborari. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXVII., VIII. Idus Junii, Indictione. V. (Lib. donation. fol. 22^{b}, fol. 23^{a}.)

CCCX.

Anno 1277. — *De eodem ovili in monte Spiluke.*

Ad hoc nos *Ingrammus, divina miseracione prepositus*, et *conventus novecellensis* constare volumus universis, hec scripta legentibus, quod predictum ovile in *monte Spiluke*, quod dicitur *Coste*, et aliud prediolum ibidem, quod dicitur *Anruth*, non sine gravibus expensis adepti sumus: expendimus et persolvimus enim prediis pro eisdem, licet nobis data esse in remedium videantur, in die sepulture domini *Alberti, Purchgravii*, in precedenti privilegio memorati, computatis omnibus ad XX marcas, publica estimacione habita sub testimonio testium in superiori privilegio memoratorum. Et quod dominus noster, venerabilis *Bruno, brixinensis ecclesie episcopus, reversus e Swevia*, donacionem nobis factam et expensas, taliter a nobis factas, plurimum commendavit et sua pontificali auctoritate, sue paterne confirmacionis patrocinio confirmavit, notum esse volumus universis. Annus incarnacionis dominice fuit idem sicut in superiori privilegio; sed acta sunt hec feria VI. post festum beate Margarete in *Novacella in publico altari sancte Marie.* (Lib. donation. fol. 23^{b}.)

CCCXI.

Anno 1277. — *Litere protectionis Rudolfi, Romanorum regis.*

Rudolfus, dei gracia Romanorum rex, semper Augustus, spectabili viro, *Meinhardo, comiti Tyrolis,* affini suo charissimo, graciam suam et omne bonum. Dilectioni tue *Monasterium Novecelle in Brixina* cum omnibus eidem attinentibus recommittimus et rogamus pariter et mandamus, quatenus *id ipsum monasterium* cum omnibus suis attinenciis ab omnibus indebitis invasoribus nomine nostro manu teneas et defendas omnia, que ab *eodem monasterio* indebite distracta repereris, in statum debitum reformando. Datum *Wienne* kal. Julii, regni nostri anno quarto. (Originale pergam. in archiv. Neustift.)

CCCXII.

Anno 1277. — *Litere protectionis Meinhardi, comitis Goricie et Tyrolis.*

Pateat universis, ad quos presentes pervenerint, quod nos *Meinhardus, Tyrolis et Goricie comes, aquilegensis, tridentine ac brixinensis advocatus ecclesiarum,* ex mandato imperialis majestatis virum venerabilem, amicum nostrum karissimum, dominum *Ingrammum, prepositum Novecelle in Brixina,* una cum capitulo suo, familia, possessionibus et rebus singulis et universis, ipsi preposito attinentibus, quocunque nomine censeantur, in nostre recepimus defensionis presidium speciale, mandantes officiatis et judicibus nostris universis, ut auctoritate, vice et nomine nostro ipsorum personas, res et honores tueantur in omnibus et conservent et ea omnia, que in ipsorum dispendium a quocunque sunt distracta sine debito racionis, ad usus dicti *domini prepositi* et ejus capituli debeant vice nostra in integrum revocare et adeo provide in execucione hujusmodi mandati se tenere, ne de sua imprudencia per nos argui possint vel et graviter puniantur. In hujus rei testimonium presentes ipsis dari jussimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum et datum aput *Sterzingin* anno domini M. CC. LXXVII. secundo intrantis Augusti, Indictione V. (Lib. donation fol. 37^{a}, fol. 37^{b}.)

CCCXIII.

Anno 1278. — *Duo horti, quorum alter in Platte, alter in campo superiori situs est.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, presentibus et futuris, quod anno domini M. CC. LXXVIII. in vigilia purificacionis sancte Marie virginis, presente domino *Ingrammo, tunc temporis preposito venerabili Novecelle,* ac aliis viris providis et discretis, quorum nomina subscripta sunt, *Ruodolfus de Raes* in recompensacionem XII modiorum tritici, quos *ecclesie novecellensi* reddere tenebatur, duos hortos suos, quorum unus *in Platte,* alter in campo superiori situs est, donavit et resignavit super *altare publicum sancte Marie in Novacella,* ab omni vexacione advocati liberos et exemptos, statuens, ut cum aliis bonis suis jus advocati, quod de predictis hortis dandum erat, integre perpetuo persolvatur. Item predicto *Ruodolfo* eosdem hortos concessimus pro tempore vite sue jure coloni tenendos, ut unum agnum nobis pro censu exinde persolvat annuatim, et quocunque anno id omiserit, eciam eo vivente iidem horti ad usus *ecclesie* reducantur, et cum obierit, libere idem fiat. Hujus rei testes sunt: Dominus *Ingrammus, prepositus novecellensis,* dominus *Ottager, cellerarius Neocelle, et canonici ibidem,* dominus *Chunradus,* dominus *Piharting,* dominus *Hartmannus, hospitalarius,* dominus *Fridericus*, dominus *Ulricus de Tysenes*, dominus *Albertus* et quidam alienus sacerdos, *Siboto* nomine. De laicis, *Ruogerus et Guoto Vogel,* officiales, *Perchtoldus de Raes* et *Jacobus, frater suus, Sigloh*, *Henricus Nageli de Raes, Pero preco*, *Reinhardus de Nauts* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 41[a], fol, 41[b].)

CCCXIV.

Anno 1278. — *Commutacio prati in Sarns pro agro et domo ibidem.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod nos *Ingrammus, divina permissione prepositus Novecelle,* anno dominice incarnacionis M. CC. LXXVIII in dominica, qua cantatur: Esto mihi, commutacionem fecimus, dando pratum quoddam *in Sarns* cuidam *Alberto, filio Aldriani de Elves,* pro agro et domo ibidem, qui ager dicitur *Trabescenne,* quam commutacionem fecit idem *Albertus* et *mater sua, nomine Machtildis* et due *sorores sue, scilicet*

Chunegundis et *Irngardis*, ad manus nostras libere et absolute, hac condicione adjecta, ut si predictus ager et domus fuerint a nobis evicta, omnia titulo pignoris a nobis occupentur et teneantur, tam pratum, quod ei dedimus, quam data nobis ab ipsis, quousque ipsi nos ab impeticione absolvant et conservent *nos et ecclesiam nostram* indemnes; nec advocato quidquam dabimus, prout utrimque pactum est de predictis. Hujus rei testes sunt: Nos *Ingrammus, prepositus Novecelle*, dominus *Fridericus canonicus novecellensis;* de laicis, *Ruogerus, officialis, Sigloh, Perhtoldus, Guoto, officialis, Chunradus, villicus de Sarns, Henricus de Elves, Ruobertus, Tymo, Minigo, Albertus*, cum quo commutacio facta est, *Albertus, ecclesiasticus de Elves*, et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 41[b].)

CCCXV.

Anno 1278. — *Resignacio feudorum quorundam.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod *Jacobus Norman de Brunecke* cum *filiis suis, Reinberto et Perhtoldo*, veris heredibus suis, anno domini M. CC. LXXVIII., VII. Idus Junii feuda, que habuerunt ab *ecclesia novecellensi* de pomeribus, a fundatoribus ipsis *ecclesie* datis, in valle, que dicitur *Vals*, seu feuda dicta *Schivernaun* et *Rehtlehen*, super montem *Stime*, et quidquid habuit in feudum a predicta *ecclesia novecellensi* in pascuis, pratis, quesitis et inquirendis, cultis et incultis, pro uno modio siliginis mensure brixinensis, qui tunc temporis V libris Veronensium vendebatur, sepe dicte *ecclesie novecellensi* libere resignarunt. Hujus rei testes sunt: dominus *Ingrammus, venerabilis prepositus novecellensis*, dominus *Ottager, cellerarius ibidem*, dominus *Alexius, cellerarius in Augea, Siboto, sacerdos*, dominus *Ulricus Tuler;* de laicis, *Ruogerus, officialis, Hagno, Perhtoldus de Raes, Guoto, Brogl*, et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 42[a].)

CCCXVI.

Anno 1278. — *Decime trium allodiorum.*

Quia fundatores monasterii nostri concessiones quorundam feudorum eis, ad quos de jure pertinent, necessario conferendorum, in manibus nostrorum predecessorum posuerunt, nos *Ingrammus, divina miseracione prepositus Novecelle*, eadem gracia

et auctoritate, qua patres nostri functi sunt, freti domino *Chunrado sacerdoti*, confratri ecclesie secundarie *in Brixina*, contulimus decimas trium allodiorum, quas *Ulschalcus de Monte* voluntarie resignavit ad hoc, ut dicto sacerdoti conferrentur. Sunt autem hec nomina allodiorum: primum *Fistille*, secundum *Vall*, tercium *Padratsch*. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXVIII., in die sancti Alexii *Brixine in domo nostra*. Hujus rei testes sunt: dominus *Petrus, hospitalensis*, magister *Hademarus*, dominus *Otto Suppanus, Fridericus, scolaris, Perhtoldus de Raes, Gotschalcus de Schets, Chunradus, laicus, Joannes* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 43ᵇ.)

CCCXVII.

Anno 1278. — *Rubertus, filius Perhtoldi sancte Marie traditur.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus, quod ego *Otto de Chienis, filius domini Ottonis de Hasenriede*, de voluntate et *consensu uxoris mee, Diemudis de Naucis*, et *heredum meorum, Friderici, Chunradi, Ottonis, Gabrielis, Arnoldi, Encie, Agnetis, Petil*, sub testimonio et in presencia testium subscriptorum *Ruebertum, filium Perhtoldi, dicti Herren de Elves*, ad *altare sancte Marie virginis in Novacella* omni jure proprietatis, quo mihi tenebatur et predictis heredibus meis, ex parte nostri omnium relaxato, tradidi data fide promittens, quod ab omni impeticione, que super proprietate ipsius *Rueberti* exorta fuerit, defendere debeam *ecclesiam memoratam* et hoc promisi sub ypotheca omnium rerum mearum, quas ego et heredes mei predicti habemus aut habituri sumus temporibus post futuris. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXVIII., in die sancti Andree. Hujus rei testes sunt: *Ingrammus, prepositus Novecelle, Petrus, hospitalarius, Fridericus, Hartmannus, Syboto, sacerdotes, Philippus, diaconus, Liebardus, Ruodolfus Tatler, Reinhardus, Ruedolfus* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 44ᵃ.)

CCCXVIII.

Anno 1278. — *Perhtoldo de Choflach predium confertur.*

Nos *Ingrammus, prepositus ecclesie novecellensis*, contulimus *Perhtoldo de Choflach* predium quondam *Perhtoldi Fritach*, sine

decimis jure coloni colendum in domo et agris, ut annuatim pro censu *nobis* tres galetas olei circa quadragesimam exinde solvat et ut quolibet anno ad manus nostras illud resignet. Actum in *Novacella* anno domini M. CC. LXXVIII. in vigilia sancti Bartholomei apostoli. Testes sunt: dominus *Ottager, cellerarius noster*, dominus *Siboto, sacerdos, Christianus, Perhtoldus sartor, Chunradus Cincingerus, Perhtoldus de Raes, Guto et alii multi et Rugerus, officialis noster.* (Lib. testament. fol. 45^{b}.)

CCCXIX.

Anno 1278. — *Locacio predii Freyn, siti sub castrum Wolchenstain.*

Anno domini M. CC. LXXVIII., nono Kal. Novembris, Nos *Ingrammus, divina permissione prepositus*, et *conventus fratrum novecellensium* in presencia testium rogatorum infra scriptorum concessimus sive locavimus *Heinrico, dicto Schluzzler*, ad spacium annorum decem predium *ecclesie nostre*, dictum *Freyn, situm sub castrum Wolchenstain*, adherens ab uno latere *curie hospitalis de Clusa*, pro censu annuo quinquaginta solidorum Veronensium parvulorum. Hujus rei testes sunt: *Albertus, Siboto, Fridericus, Fridericus, Uolricus, Otto, Uolricus, Hermannus, sacerdotes et canonici nostri;* item de laicis, *Perhtoldus de Raes, Petrus Calciator, Gotzelmus Stufler, Heinricus Pircher, Chunradus scriptor, Chunradus, scolaris de Uotenheim, Chunradus, scolaris de Augea Wavarie, Heinricus, scolaris, Ebener*, et alii quam plures. (Lib. testamont. fol. 49^{b}.)

CCCXX.

Anno 1278. — *Privilegium pro omnibus possessionibus, adjacentibus ecclesie novecellensi.*

Cum nemini detinere liceat res ecclesiarum, qui non evidentissimo juris presidio sit munitus, Nos *Bruno, dei gracia episcopus brixinensis*, sub dissimulacione preterire non valentes, quod domestici *ecclesie novecellensis*, viri et femine, sibi et suis heredibus in allodiis, curtibus, areis, hortis, agris, domibus, decimis et in villicaria, dicta *Maierhof, eidem ecclesie* adjacentibus e vicino in loco, qui dicitur *uf der Ebin*, jus hereditarie successionis in minimis et possessiunculis, hortulis et agellis, licet plurimi sint heredes, vendicare presumunt et licet asserciones suas non probent, *memoratam* tamen *ecclesiam* fatigant intolle-

rabilibus vexacionibus, laboribus et expensis, irrefragibili constitucione prohibemus, ne quisquam hominum cujuscunque sexus aut etatis jus hereditarium in rebus ecclesiasticis petat ulterius vel usurpet pro se vel heredibus, nisi per autenticum instrumentum constiterit, eum de consensu *prepositi* et *sanioris partis conventus* hoc jus canonice assequntum. Item statuimus, ut *prepositus* quolibet anno per se vel per alium predicta debeat instituere, destituere ac locare pro annuo censu jure coloni, prout *sibi et ecclesie* viderit expedire. Item statuimus, ut *familia novecellensis* non aliunde matrimonio copuletur, nisi cum suis condomesticis aut cum familia episcopatus vel capituli ecclesie brixinensis, sicut in privilegiis exinde confectis invenitur expressum; transgressores vero tota rerum suarum substancia, ut alias, ad arbitrium *prepositi* puniantur. Item statuimus, ut filii *ecclesie*, qui alienis dominis aut coloniis serviunt et adherent, si commoniti et vocati a *preposito*, qui pro tempore fuerit, alienis derelictis, ad agros, colonias et servicia *ecclesie* redire distulerint, censura ecclesiastica, et si necesse fuerit, brachio seculari reducantur pro contumacia puniendi. Item prohibemus, ne quisquam domesticus vel extraneus, domos, agros, decimas vel terras *ecclesie* locatas aut commissas quocunque modo possideat, teneat seu detineat neve suis heredibus, parentibus aliisve personis conjunctis vel extraneis dare audeat in dotem vel donacionem propter nupcias aut alias alienare absque speciali *prepositi et conventus* licencia et consensu. Et ut tali abusive temeritati efficacius occurratur, de consilio capituli et ministerialium nostrorum denunciamus cassum, irritum et inane et vigore presentis statuti restituimus *ecclesie novecellensi* quidquid in hujusmodi juribus attemptatum hactenus vel in futurum attemptandum constiterit in ipsius dispendium et gravamen, privantes tam alienantes quam recipientes possessione vel jure, quod eis in rebus taliter distractis competere videbatur, ita ut preposito loci, nullo judice requisito, rem ecclesie ipso facto vacantem liceat imo expediat vendicare ac reducere ad usus ecclesie sue, si negligencie culpam et penam voluerit evitare. Acta sunt hec in ecclesia brixinensi et roborata consilio, consensu et impressione sigilli nostri et sigillorum capituli nostri et *prenominate novecellensis ecclesie* in testimonium ejusdem cautele. Anno domini M. CC. LXXVIII., VI. Idus Septembris, Indictione VI. (Lib. donation. fol. 17ª, fol. 17ᵇ.)

CCCXXI.

Anno 1278. — *Pro duobus allodiis, uno in Winchel, altero an der Liten.*

Omnium sancte dei ecclesie fidelium, tam presencium quam futurorum noticie pateat, quod ego *Ottilia, relicta quondam Hainrici de Voytsperch,* cum inter *novecellensem ecclesiam* ex parte una et me ex altera questio verteretur super duobus allodiis in *parochia Chienis,* quorum unum videlicet *Winchel,* inter *Mose et der Vorhen et hovarn* situm est, aliud videlicet an der *Liten* ultra *Vorhen* situm est, que per manus pie memorie dicti *Hainrici de Voytsperch, tunc mariti mei,* nobili viro, domino *Ulrico de Tufers,* licet ad me pertinerent pleno ac speciali jure, quod vulgo Haimstuir dicitur, me irrequisita imo dolente, vendita et alienata fuerant et demum prenotate *ecclesie novecellensi* per ante dictum *Tuferser* intencione vendicionis tradita fuerunt, devocione sanctissime dei genitricis virginis Marie cunctorumque parentum meorum nec non precibus domini *Ingrammi, honorabilis prepositi* et *tocius conventus ecclesie novecellensis* mota cessi liti et allodiis litigiosis, donans et resignans de consensu et in charitate duarum *filiarum mearum,* videlicet *Elizabet ac Alhaidis,* cum heredes alios non haberem, quidquid juris mihi et prenotatis filiabus meis competebat in allodiis pretaxatis, ita ut cum omnibus attinenciis suis ultronee committantur in usum *fratrum et canonicorum,* deo in *eadem ecclesia* famulancium ad cottidiana temporalis vite subsidia consequenda. Et ne dicta donacio et concessio in dubium revocetur, confirmacionem venerabilis domini *Brunonis, ecclesie brixinensis episcopi,* sui sigilli munimine ac nominibus testium communitam huic pagine, ob ejusdem mee resignacionis firmamentum confecte, estimavi efficaciter adhibendam. Facta est autem hec mea cessio et donacio anno M. CC. LXXVIII. Idibus Julii *Brixine* in domo mea presentibus rogatis testibus, quorum nomina sunt hec: Dominus *Ingrammus, prepositus Novecelle, Reimbertus, Ludewicus, Hainricus ds Rufin, canonici brixinenses, Petrus, hospitalarius, Engilbertus, Siboto, sacerdotes;* de laicis, *Gotschalcus, judex, Fridericus, prepositus, Ulricus de sancto Mauricio, Perchtoldus de Raes* et alii quam plures. (Lib. donation. fol. 20^{b}, fol. 21^{a}, fol. 21^{b}.)

CCCXXII.

Anno 1278. — *Privilegium pro decimis curiarum Flets et Pliggel.*

Nos Bruno, dei gracia episcopus brixinensis, finem litibus imponere cupientes, tenore presencium constare volumus universis, hec scripta legentibus, quod lis, que vertebatur inter *ecclesiam novecellensem* ex parte una et dominum *de Pyrai Jacobum, militem*, ex altera super curia *ipsius ecclesie, dicta Ratz*, et super censum ipsius curie, videlicet quatuor libras Veronensium parvulorum, exinde annuatim solvendas, que omnia dictus *Jacobus* contumaciter detinuerat et neglexerat solvere annis X, donec *ipsi monasterio* in XLII libras Veronensium teneretur de retentis, ob quam violenciam eciam idem *Jacobus* cum omnibus sibi pertinentibus fuit auctoritate nostra excommunicacionis vinculo innodatus et exclusus totaliter omnibus a divinis; sed tandem *Willehelmo, canonico novecellensi, Hainrico viceplebano de Castelrut, et Pinergo, sacerdotibus, Gebhardo de Stetineke, Reimberto de Sabiona, Gotschalco de Cufedun, Gebehardo Geltinger* et aliis quam pluribus, qui presentes aderant, insistentibus et ad viam satisfactionis inducentibus, ipso *Jacobo* contrito et graciam postulante, nobis et canonicis nostris unanimiter consencientibus, *Brixine* in capella sancte Katherine pridie sancte Lucie virginis per contractum commutacionis taliter est decisa, videlicet quod nos, petentibus humiliter ac devote a nobis dilectissimo in Christo filio, *domino Ingrammo, honorabili preposito dicti monasterii*, ac ipso *Jacobo*, proprietatem duarum decimarum videlicet de *Vlets, curia Maulrapponis*, et *Plikel*, curia dicte *novecellensis ecclesie*, et de utraque tantum duas partes decime majoris et minute, quibus dictus *Jacobus* fuerat infeudatus a nobis, ad instanciam et liberam ac voluntariam resignacionem dicti *Jacobi, ecclesie pretaxate ac fratribus*, deo et ejus gloriose genitrici Marie famulantibus ibidem, auctoritate pontificali donavimus jure proprietatis perpetuo possidendas; et e contrario memorato *Jacobo* prenominatam curiam *Ratz novecellensis ecclesie* ad instanciam et liberam ac voluntariam resignacionem *prepositi predicti* et capituli *ejusdem ecclesie* eo jure feodali, quo habuerat ante dictas decimas, juste ac legitime in rectum et legale feudum contulimus possidendam. In cujus commutacionis et dona-

cionis nostre ampliorem evidenciam et cautelam presentem paginam duximus munimine sigilli nostri et capituli brixinensis et nominibus testium roborandam, quorum nomina sunt hec: Dominus *Eberhardus, summus prepositus,* dominus *Marquardus, prepositus sancte Marie, Willehelmus, dictus Resner,* dominus *Ludewicus, Wintherus de Niwenburch, Hainricus de Rufina, canonici brixinenses, Willehelmus, notarius tyrolensis, Hainricus, notarius ecclesie brixinensis, Calhohus, dictus Lithus, Fridericus, prepositus, Rueblinus, prepositus,* et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXVIII., Indictione VII. pridie Idus Decembris, feliciter Amen. (Lib. donation. fol. 23^{b}, fol. 24^{a}, fol. 24^{b}.)

CCCXXIII.

Anno 1278. — *Privilegium, ne episcopus brixinensis exactionem indebitam petat.*

Nos *Bruno, dei gracia episcopus brixinensis,* patere volumus universis, ad quos presentes litere pervenerint, quod in manibus domini *Ingrammi, prepositi Novecelle,* vice sui et aliorum prelatorum nostre diocesis coram toto clero civitatis et diocesis brixinensis promisimus de cetero nullam exactionem a clero nostro petere aut recipere preter kathedraticum debitum et consuetum et a canone constitutum. Promisimus insuper, ut si urgente necessitate deinceps a clero moderatum subsidium petere nos contingat, quod hoc faciemus moderari et taliter taxari de consilio, consensu et presenciali taxacione prelatorum, videlicet *majoris prepositi et decani brixinensis, prepositi novecellensis, abbatem, wiltinensis et montis sancti Georii et prepositi capelle sancte Marie Brixine,* quod persone et ecclesie nobis subjecte conqueri non habebunt, importabiliter se gravatas, item quod nullam occasionem vel causam exigendi nisi manifestam et probabilem pretendemus et talem, quam dicti prelati, quin sit inevitabilis, inficiari salva consciencia non valebunt; et ob hoc volumus ad tractatum ejusdem negocii, si necessitas ingruerit, quod deus avertat, predictos prelatos personaliter evocare. In hujus rei testimonium presentes literas fecimus munimine sigilli nostri et capituli brixinensis ecclesie roborari. Datum *Brixine* anno domini M. CC. LXXVIII. (Lib. donation. fol. 33^{b}, fol. 34^{a}.)

CCCXXIV.

Anno 1278. — *Litera Alberti, comitis Goricie et Tyrolis, pro defensione nostra et nostrorum.*

Quia dignum est, ut ecclesie ac religiose persone presertim, qui nostris obsequiis devocione debita invigilant, a nobis foveri debeant et amplecti speciali gracia et favore, Nos *Albertus, dei gracia comes Goricie et Tyrolis*, advocatus *ecclesiarum, aquilegensis et brixinensis*, omnibus hanc paginam intuentibus tenore presencium cupimus esse notum, quod nos dominum *Ingrammum, venerabilem prepositum*, et *totum conventum fratrum ecclesie novecellensis* cum omnibus possessionibus, hominibus et armentis cunctisque rebus, quocunque nomine censeantur, *ecclesiam* pertinentibus *ad eandem*, sub nostra protectione recepimus speciali, volentes et precipientes nostre gracie sub obtentu omnibus nostris amicis, subditis ac fidelibus, ut predictos, *dominum prepositum et conventum* et eandem *novecellensem ecclesiam* pretextu alicujus debiti alieni impignorare aut offendere non presumant aut aliquam rebus, ad eos pertinentibus, injuriam indebitam irrogare, sed unus quisque pro sua justicia judicem adeat competentem, qui adversus eos aliquid habuerit questionis. Siquis vero temerarius quidquam facere presumpserit in *ejusdem ecclesie* dispendium aut gravamen, cum *ipsius ecclesie* offensas nobis reputemus illatas, in nostram indignacionem gravem ob hec se noverit incidisse, si gravamen illatum statim, intellecto tenore presencium, non curaverit revocare. Et ne quisquam allegando ignoranciam se tueri possit, presentem cedulam, in ejusdem gracie ac defensionis evidenciam nostri sigilli munimine roboratam, ipsis duximus favorabiliter exhibendam. Datum anno dominice incarnacionis M. CC. LXXVIII in castro *Welfsperch*.

CCCXXV.

Anno 1278. — *De curia sita in monte Schalers in loco qui dicitur Vils.*

Nos *Bruno, dei gracia episcopus brixinensis*, universis constare volumus per presentes, quod ad peticionem *Witmari, militis nostri de Vern*, unam curiam sitam in *monte Schalers* in loco,

qui dicitur *Vils*, et prediolum sibi adjacens in plebenatu brixinensi, que ipse jure feodali a dominis *de Voytsperch, Heinrico et Alberto*, diu possederat et tenuerat et nunc ad nos et ecclesiam brixinensem post obitum illorum sunt reversa, legitime *uxori prefati militis Witmari, nomine Chunegundis*, pro dote et donacione sua juste et legaliter obligavimus pro decem marcis ad recipiendum usus et fructus illorum bonorum, que supra dicta *Chunegundis* de consensu nostro *ecclesie sancte Marie in Novacella*, pro remedio anime sue suique mariti contulit. Et hec ut rata permaneant, presens scriptum fecimus nostri sigilli munimine roborari. Hujus rei testes sunt domini: *Eberhardus, prepositus, Marquardus, prepositus sancte Marie, canonici brixinenses, Uolricus, capellanus, Hainricus, scriba, Hainricus Albenaer et filius suus Albertus, Otto, preco*, et alii quam plures. Actum *Brixine super turri* anno domini M. CC. LXXVIII. (Lib. donacion. fol. 57^{b}.)

CCCXXVI.

Anno 1278. — *Litera locacionis cujusdam possessionis in Gader pro annuo censu jure fori.*

Notum sit omnibus ecclesie fidelibus, hanc cedulam intuentibus, quod ego *Nicolaus, filius Erinpiti de Gader*, recepi a domino meo *Ingrammo, honorabili preposito Novecelle*, possessionem *ecclesie novecellensis in Gader* jure coloni pro annuo censu debito ac consueto. Ut hec rata et inconvulsa permaneant, sigillo *dominorum meorum de Schönekke* procuravi hanc cedulam sigillari. Actum est hoc anno dominice incarnacionis M. CC. LXXVIII. *Brixine* presentibus hiis: memorato *domino Ingrammo, preposito*, domino *Chunrado, decano brixinensi*, domino *Petro, hospitalario, Sibotone, sacerdote, Rügero, officiali*, domino *Udalrico, plebano in Pfalzen, Perhtoldo de Ras, Arnoldo de Nauders, Sigloho* et aliis quam pluribus. (Registrat. vet. tom. I. fol 330^{a}.)

CCCXXVII.

Anno 1279. — *Duo boves, a Mainlino rapti, curie Casleier in Vilanders adjudicantur.*

Anno domini M. CC. LXXIX. in dominica Jubilate pridie sancti Georgii martyris ego *Symon, colonus curie Casleier*

in monte Vilanders, confessus sum et tenore presencium adhuc confiteor et volo scire universos, quod hii duo boves, quos *Mainlinus* ab eadem curia rapuit violenter, ad predictam curiam, antequam raperentur, et postea pleno jure ze hofgericht, sicut mos colonie exigit, pertinebant et debebunt perpetuo pertinere. Item confessus sum ibidem eadem hora, quod nullum jus hereditarium vel proprietarium *mihi Symoni* predicto in ipsa curia, nisi quod ex gracia potero deservire, competit. Acta sunt hec in *Novacella* supra dicto anno et die presentibus testibus: Reverendo domino *preposito Ingrammo, Ottagero, cellerario, Sibotone, sacerdotibus et canonicis Novecelle;* de laicis, *Perhtoldo de Raes, Petro camerario, Liebhardo, coco, Hainrico Maluchs de Clusa* aliisque multis. (Lib. testament. fol. 42ª.)

CCCXXVIII.

Anno 1279. — *Lis de curia Casleier in Vilanders decisa.*

Notum sit omnibus, hanc paginam inspecturis, quod nos *Ingrammus, prepositus et conventus Novecelle* anno dominice incarnacionis M. CC. LXXIX., VII. Idus Aprilis, Indictione VII., de voluntate, consilio et consensu *confratrum nostrorum* et testium subscriptorum litem, que inter nos et *Jacobum de Bozano* vertebatur super obligacione curie nostre *Casleier in monte Vilanders* et super solucione XVIII galetarum olei et super fructibus indebite perceptis ab ipso, taliter decidimus, ut nos dictam curiam accipientes ab ipso *Jacobo* quatuor marcas pro XII marcis a *Mainlino de Vilanders,* cui per sepe dictum *Jacobum,* nobis ingnorantibus, fuerat obligata, redimere deberemus, hoc adjuncto, ut idem *Jacobus* cum uxore sua et pueris nullam haberent contra nos nec non nos ad ipsos haberemus ulterius actionem vel questionem. Testes sunt: *Hartmannus, Ottager, Fridericus, Fridericus, Wilhelmus, Siboto, sacerdotes et canonici Novecelle,* dominus *Purchardus de Sabiona, Perhtoldus de Raes, Petrus, Guoto, Heinricus* et alii multi. (Lib. testament. fol. 45ª.)

CCCXXIX.

Anno 1279. — *Locacio predii Hohenwart.*

Nos *Ingrammus, prepositus Novecelle,* locavimus *Perhtoldo de Choflach* ad instanciam domini *Gotschalci de Monte* et *Chuon-*

radi Cincingere predium nostrum, quod dicitur *Hohenwart* et quod quondam *Uolricus carpentarius* coluit, ad tres annos jure coloni tenendum, ut quolibet horum annorum exinde in purificacione duas galetas olei et libram piperis nobis solvat pro censu. Actum in *Novacella* anno domini M. CC. LXXIX. Testes sunt: Dominus *Ottager, cellerarius noster,* dominus *Siboto sacerdos,* dominus *Gotschalcus, miles de Monte, Chuonradus Cincinger, Jacobus de Bozano, Rugerus, officialis noster, Perhtoldus de Raes, Petrus et Liebhardus, coci,* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 46ª.)

CCCXXX.

Anno 1279. — *Litere commonitorie Brunonis, episcopi brixinensis.*

Bruno, dei gracia brixinensis ecclesie episcopus dilectis in Christo fratribus ac filiis universis sue civitatis et dyocesis, ecclesiarum rectoribus, salutem in domino sempiternam. Caritatem vestram in domino commonemus et nichilominus singulis et universis, ad quos presentes pervenerint, tenore presencium injungimus, per virtutem sancte obediencie mandantes firmiter et districte, quatenus *homines novecellensis ecclesie,* in vestris plebibus constitutos, qui in signum proprietatis et ad indicium sue servitutis annuum censum quinque vel plurium vel paucorum denariorum vel certa alia sibi quelibet servicia tenentur facere annuatim, ad hec facienda piis exhortacionibus, tam in secreto confessionis quam in publico, inducere et, si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam propellere debeatis, contradictores cum omni familia sua, donec ipsi *ecclesie novecellensi* humiliter satisfaciant de neglectis et impendant famulatum debitum ac consuetum, cum requisiti fuerint, in possessionibus excolendis et aliis serviciis, a divinis penitus excludentes. Datum *Brixine* anno domini M. CC. LXXIX. Indictione VII., XV. Kal. Octobris. (Lib. donation. fol. 52ª.)

CCCXXXI.

Anno 1279. — *De libertate nostra in comitia Rese.*

In Christi nomine Amen. Nos *Meinhardus, comes Tyrolis et Goricie,* tenore presencium confitemur, nos vidisse, audisse ac eciam approbasse privilegium donacionis *avi nostri Alberti, pie memorie comitis Tyrolis,* quod *ecclesie novecellensi* ob reme-

dium anime sue indulgere curavit, sicut vidimus non rasum, non cancellatum nec in aliqua sua parte viciatum, imo irreprehensibili tenore continens, que promisimus, in hec verba: Innotescat omnibus, tam presentibus quam futuris, quod annuente, consenciente, volente *venerabili episcopo brixinensi, Henrico,* nobilis et illustris comes *Tirolis et advocatus* ad *monasterium* dedit, contulit, donavit, quidquid idem monasterium et homines ipsius excoluerint, plantaverint et novaverint in agris, vineis, in pratis et in omnibus aliis novalibus *montis et comicie de Rese,* domino *Arnoldo de Rodanch,* qui eandem comiciam a prefato comite habuit in feudum, consenciente simulque tota communitate prememorati montis, divitum, pauperum, nobilium et ignobilium, militum, rusticorum omnimodum consensum prebente. Hi sunt termini prenotate donacionis, scilicet quidquid est de subtus viam publicam in *Schoufes usque ad fluminis Isch* decursum, scilicet *Orkenloch* et quidquid est de subtus *Elves* usque *Chranwit* et inferius usque ad *aquam fluminis predicti.* Ne quis autem opponat, temptet, presumat hoc postmodum inficiari vel infringere vel in eadem donacione *novecellensem ecclesiam* molestare vel gravare in predictis terminis contra progenitorum nostrorum et nostre donacionis effectum, imponendo cupplas, herpergas, stiuras, angarias vel onera murorum, lapidum, calcis, edificiorum vel lignorum vel trahendo aliquem de predictis terminis vel de familia *ecclesie* in judicium extra *claustrum prememoratorum dominorum,* sigilla placuit ad hanc paginam apponi. Nos vero *Meinhardus comes,* pie devocionis affectu *novecellensem ecclesiam* prosequi cupientes, ipsi omnia, que in notato privilegio beneficia donacionis et libertatum generaliter aut specialiter sunt expressa, cum ipso privilegio promittimus, statuimus et mandamus inviolabiliter observanda, adprobantes, renovantes, ratificantes et confirmantes tenore presencium pariter et sigilli nostri munimine nec non nominibus testium per integrum sepe dictum privilegium. Testes: *Heinricus de Rotenpurch, Jacobus de Rifenecke, Heinricus de Uffenstein, Jacobus de castro sancti Michaelis, Fridericus de Rodanch, Fridericus* et *Rembertus, fratres de Schonekke,* et alii quam plures. Datum et actum aput *Mülbach* anno domini M. CC. LXXIX., Indictione VII. (Lib. donation. fol. 60^{b}.)

CCCXXXII.

Anno 1279. — *Litera Meinhardi, Tyrolis et Goricie comitis, confirmantis donacionem XII carridarum salis in Taur.*

Nos *Meinhardus, Tyrolis* et *Goricie* comes, *aquilegiensis, tridentine et brixinensis ecclesiarum advocatus,* hujus prescripti testimonio profitemur et constare volumus presencium inspectoribus universis, quod ad honorem dei sueque sanctissime genitricis Marie omniumque sanctorum suorum et in remedium peccatorum meorum contulimus *monasterio Novecelle aput Brixinam* XII karrunculas salis de salina *nostra in Taur,* singulis annis ante festum Johannis waptiste aut post XIV dies, quemadmodum *avus noster pie recordacionis dominus Albertus, comes tyrolensis,* contulit ab antiquo *monasterio memorato,* sicut per ipsius domini *Alberti* scripta nobis patuit evidenter, exinde persolvendas *dominis et conventui,* inibi servientibus et continuas spallentibus laudes deo. Quod ut ratum maneat et firmum, placuit inde hanc cartam conscribi et cum testium annotacione sigilli nostri munimine confirmari. Hujus igitur donacionis testes sunt domini: *Heinricus de Rotenburch, Jacobus de Ryfeneck, Heinricus de Auenstein, Jacobus de Michelsburch, Fridericus de Rodanch, Fridericus et Reimbertus, fratres de Schönneke,* et alii quam plures. Actum et datum aput *Mülbach* anno domini M. CC. LXXIX., VII. intrante Junii, Indictione VII. (Registrat. vet. tom. I. fol. 38^{b}.)

CCCXXXIII.

Anno 1280. — *Locacio decime in Elves.*

Anno domini M. CC. LXXX. nos *Ingrammus, dei pietate prepositus Novecelle,* locavimus in vigilia sancti Mathei apostoli *Eberhardo, dicto Chumbust de Elves,* jure coloni sicut ceteris domesticis nostris decimam *in Elves,* quam solvunt quatuor jugera, et agrum, ascendentem *de aqua Isarco* in planiciem, que dicitur *Eben,* ita ut singulis annis pro censu inde solvat unam galetam olei et starium ceparum et starium unum amigdalarum, in purificacione beate Marie virginis vel ante jejunium. Hujus rei testes sunt: *Wilhelmus, Fridericus, Siboto, sacerdotes, Hiltegrimus, miles, Jacobus de Phalnz, Perhtoldus de Raes, Fridericus*

Valcner, dominus Sifridus de monte sancti Georgii. (Lib. testament. fol. 47^{b}.)

CCCXXXIV.

Anno 1280. — *De curia Knechtelinshof, sita in Srempach.*

In nomine domini Amen. Propter humane condicionis fragilitatem necesse est, ut acta hominum scriptis annotentur, ne aput posteros oblivione tollantur. Noverint igitur universi, tam presentes quam futuri, quod nos *Ingrammus, dei permissione prepositus*, et *conventus novecellensis ecclesie* ab *Hugone de Velturnes* curiam sitam in *Schrembach* juxta ecclesiam, cui ex uno latere adjacet curia *Pertoldi Tarandi* et ex alio latere curia *Vitrici de castro sancti Michaelis* et in parte superiori curia domini *Adelhaidis de Brixina*, dictam *Knechtilinshof*, emimus pro summa XXV marcarum usualis monete. Ipseque *Hugo, presente fratre suo Arnoldo* et *matre sua, domina Alhaide*, favente et consenciente *pro se et fratre suo Wilhelmo* et pro omnibus heredibus suis resignavit in manus venerabilis *domini Brunonis episcopi* eandem curiam, petens ipsam per manus ejusdem *domini Brunonis ecclesie novecellensi* perpetualiter possidendam tradere cum omnibus suis pertinenciis, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, sicut ipse *Hugo et omnes progenitores* ejus eam possederunt, deputans nobis *Rudpertum officialem suum*, qui nos misit in tenutam et possessionem. Promisit eciam sepe dictus *Hugo* pro se et pro fratribus ac omnibus heredibus suis, prelibatam curiam defendere, eximere ac relevare ab omni questione legali, deputans caucionem stipulacionis super omnibus suis et heredum suorum possessionibus habitis et habendis. Ut autem hec inconvulsa et illibata permaneant et perpetuo roborata, presens scriptum munimine sigillorum venerabilis patris et domini *Brunonis, episcopi brixinensis* et ejusdem ecclesie capituli nec non sepe *dicti Hugonis de Velturns* mandatum est roborari. Hujus rei testes sunt: Dominus *Eberhardus, summus prepositus brixinensis*, dominus *Ottager, dominus Wilhelmus, dominus Ulricus, sacerdotes et canonici novecellenses*, dominus *Purchardus de Sabiona*, dominus *Jacobus de castro sancti Michaelis*, dominus *Albertus de Lajan, milites;* item *Fridericus, quondam officialis, Fridericus de Albeins, Teyeno de Vilanders, Jacobus de Phalnzen, filius domini Merbotonis, Perhtoldus Tarrandus, Ebelinus de Volnes,*

Gebehardus, filius Geltengerii, Perhtoldus de Res, Ruedegerus officialis et ceteri quam plures. Acta sunt hec *in castro Salerne* anno domini M. CC. LXXX., die Mercurii VI. intrante Marcio. (Lib. donation fol. 49^{b}, fol. 50^{a}, fol. 51^{b}.)

CCCXXXV.

Anno 1280. — *De Hermanno in Plikkel, qui noster fit.*

Noverint universi, has literas inspecturi, quod ego — dictus *Mulrapp de Chastelrut* ob remedium anime mee contuli *Hermannum, filium Haertlini de Plikkel,* cum pueris suis utriusque sexus *monasterio sancte Marie in Novacella.* In cujus rei testimonium apposui sigillum nostrum. Datum in *Merano* anno domini M. CC. LXXX. Testes sunt: Frater *Egeno et frater Fridericus ordinis predicatorum, Christianus de Hawenstain, Albertus Cardil de Tridento, Perhtoldus de Novacella* et alii quam plures. (Lib. donation. fol. 57^{b}.)

CCCXXXVI.

Anno 1281. — *Emitur Berhtoldus de Gient cum tribus filiabus suis.*

Anno domini M. CC. LXXXI., XIX. kal. Januarii, nos *Ingrammus, prepositus,* et *conventus Novecelle prope Brixinam* emimus pro novem talentis a *Jacobo, filio domini Hainrici de Sumersperch, Bertholdum de Gient* cum tribus *filiabus suis, Alhaide, Diemude et Offmia,* salvo tamen jure, quod in eisdem puellis competere dinoscitur una nobiscum ecclesie brixinensi ex eo videlicet, quod mater earum ad ipsam ecclesiam pertinet jure servitutis. Testes hujus facti sunt: *Uolricus Toularis, sacerdos, Hageno, Berhtoldus de Rese, Hainricus de Stufels* et *frater suus Gotschalcus* et alii plures. (Lib. testament. fol. 46^{b}.)

CCCXXXVII.

Anno 1281. — *Tres agri, sancte Marie traditi, locantur.*

Notum sit omnibus, quod *Guoto de Velne* comparavit duos agros in *Velne,* ad dominum *Witmarum et Wernherum, fratres ejus,* titulo proprietatis pertinentes, quos dicti fratres eidem nomine justi feudi contulerunt. Postea vero *Albertus, ejusdem Guoto filius,* ad quem dicti agri successione hereditaria deve-

nerunt, eorundem agrorum proprietatem interposito precio absolvit a fratribus memoratis ita, quod eam *beate Marie aput Novacellam* obtulit. Quo facto venerabilis dominus *Ingrammus, ecclesie ipsius prepositus,* accedente *sui conventus* assensu, agros illos dicto *Alberto* et posteris suis in perpetuum contulit, taliter possidendos, ut quicunque ipsorum eosdem agros habuerit, talentum cere ad altare beate virginis de ipsis annuatim persolvat *ecclesie sepe dicte.* Huic ordinacioni interfuerunt: *Ottakarus, cellerarius, Fridericus de Sterzinga* et *Otto, canonici novecellenses, Werenherus de Vern* et *Rugerus de Cheverspuhel* et plures alii. (Lib. testament. fol. 47ª.)

CCCXXXVIII.

Anno 1281. — *De concambio curie aput sanctum Constancium pro duabus urnis vini singulis annis persolvendis de curia Miliol.*

In nomine domini Amen. Nos *Ingrammus, prepositus, totusque conventus Novecelle aput Brixinam* tenore presencium protestamur, inter nos ex parte una et dominum *Burchardum de Seben*, ecclesie brixinensis ministerialem, ex altera, talem contractum concambii celebratum esse, quod nos curiam *Vroner superiorem, aput sanctum Constancium* sitam, quam *frater ejusdem Burchardi, dominus Heinricus, nostre ecclesie* in testamento donaverat, cum omni jure et attinenciis, sicut ad nos pertinuisse dinoscitur, *Burchardo* contulimus memorato, pro qua ipse nobis et *ecclesie nostre* duas urnas vini titulo vere proprietatis contradidit de curia sua in *Miliol,* in perpetuum singulis annis census nomine persolvendas, *filiorum fratris sui Reimberti et Pauli* ad hec accedente consensu et ipso *Burchardo* nichilominus promittente, quod, cum opportunum fuerit, *tercii fratris, scilicet Eberhardi*, qui tunc presens non aderat, super prelibato contractu consensum acquirere et nos quictos et indemnes debeat penitus conservare. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXX., VIII. kal. Maii in presencia venerabilis domini *Brunonis episcopi brixinensis*, coram testibus subnotatis: *Uolrico, capellano,, Engelmaro, viceplebano in Olagen, sacerdotibus, Chuonrado de Utenheim*, milite, *Friderico, castellano de Albiunes,, Friderico Valknario* et *Bertholdo de Res.* Ut autem super premissis nulla in posterum dubietatis seu calumpnie valeat questio suboriri, presentem paginam de hiis conscribi et sigilli nostri appensione

fecimus communiri. Datum in *Novacella* anno domini M. CC. LXXXI., quarto nonas Junii. (Lib. donation. fol. 40[a], fol. 40[b].)

CCCXXXIX.

Anno 1281. — *Traduntur duo viri, jure condicionis servilis adstricti, ecclesie novecellensi.*

In nomine domini Amen. Providencie consilium esse dinoscitur, ut ea, que rite et racionabiliter ordinantur, contra calumpniatorum maliciam scripture testimonio muniantur. Ea propter ego *Mulrappo de Castelrut* presencium tenore protestor, quod duos viros, jure servilis condicionis mihi adstrictos, *Berhtoldum* videlicet pro viginti et *Porcianum* pro quindecim talentis, *ecclesie novecellensi* contradidi omni cum jure, quod mihi competebat in iis, perpetuo possidendos, fratrum meorum, sororum et uxoris mee consensu ad hoc libere accedente. Insuper cum mihi meisque fratribus jus advocacie in bonis *memorate ecclesie sub Wolchenstain sitis* competere videretur, eidem juri pro salute anime mee libere renunciavi et pro parte mea dimisi integraliter *ecclesie sepedicte*, hoc consequenter promittens, quod si jus, quod fratribus meis in advocacia manet predicta, ad me forsan post mortem ipsorum fuerit devolutum, ipsum quoque in totum debeam relaxare. Hujus rei testes sunt: dominus *Heinricus, viceplebanus in Castelrut*, dominus *Gebehardus de Staineck*, dominus *Wilhelmus de Aicha, Hugelinus de Aicha, Jacobus de Praida, Reimbertus de Sabiona, Gotschalcus de Cuvedun, Hainricus Pernuer, Herimannus sagittarius*, dominus *Wilhelmus, canonicus novecellensis*, quo procurante et mediante contractus est initus prenotatus. Ne autem super premissis in posterum aliqua possit litigiosa questio suboriri, presentem paginam de hiis feci conscribi et sigilli mei munimine roborari. Actum anno domini M. CC. LXXXI., Indictione nona, nono kal. Julii. (Lib. donation. fol. 53[b], fol. 54[a].)

CCCXL.

Anno 1281. — *Litera confirmacionis Brunonis, episcopi brixinensis super empcione curie Tanhaus sine advocacia.*

Bruno, dei gracia brixinensis ecclesie episcopus, omnibus in perpetuum, notum esse volumus universis, quod venerabilis *Ingrammus, prepositus, et conventus Novecelle* de nostro consilio

et assensu curiam, *dictam Tanhuser*, a dilecto ministeriali nostro, *dicto Maulrappe*, pro XL marcis comparaverat cum omni jure et pertinenciis nulli advocacie subjectam, *uxore sua Petrissa*, et *sorore sua Mathilde* et *liberis suis, Ingenuino et Rappelino*, eidem contractui assensum prebentibus libere et expresse. Testes hujus rei sunt: Dominus *Heinricus, prepositus et archidiaconus chyemensis*, dominus *Ottaker et dominus Wilhelmus, canonici dicte novecellensis ecclesie*, dominus *Engelmarus et dominus Hainricus, sacerdotes*, dominus *Gebehardus de Stetenegke*, dominus *Heinricus de Vellis, Eggehardus et Heinricus, fratres de Gerrenstein, Reimbertus de Sabiona, Wilhelmus et Philippus de Howenstein, Henricus de Salekge ministeriales nostri*, dominus *Hertwicus Depray, Fridericus, prepositus de Brixina, Mertlinus de Guvedun, Hermannus, dictus Schangk*, qui eciam loco *domini supradicti Maulrapponis* dictam *ecclesiam novecellensem* in possessionem dicte *curie Tanhuser* posuit et tenutam. Ne vero quidquam predictorum ad tempus futurum valeat in dubium revocari, presens scriptum exinde confectum nostri appensione sigilli et sepe dicti *Maulrapponis* fecimus roborari. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXXI., Indictione nona, in die sanctorum quatuor Coronatorum martyrum, qui est VI. Idus Novembris, feliciter Amen. (Registrat. vet. tom. I. fol. 270^{b}, fol. 271^{a}.)

CCCXLI.

Anno 1281. — *Litera ratificacionis empcionis curie Tanhuser et pro recepcione unius filii Maulrapponis ad ordinem in hoc monasterio novecellensi, si fuerit idoneus.*

Ego Maulrappo, ministerialis ecclesie brixinensis, presencium tenore protestor, quod, cum inter venerabiles, *Ingrammum, prepositum, et conventum Novecelle aput Brixinam* ex parte una et me ex parte altera, super curia, que dicitur *Thanhuser*, empcionis et vendicionis celebraretur contractus in ipsa forma contractus, preter precium mihi pro eadem curia persolvendum hec quoque condicio intercessit, quod videlicet duos *filios meos, Ingenuinum et Rappellinum*, per unum annum servare, literis erudire et in necessariis debent respicere universis, post finem vero anni alterum illorum, qui eis ad clericatum fuerit visus habilior, altero ad domum revertente, per sex annos sequentes retinebunt modo predicto, ut scilicet tam in necessariis quam in doctrina literarum

integraliter ab ipsis debeat provideri. Ceterum nullo penitus habito ad contractum memoratum respectu, sed de libero voluntatum suarum motu mihi promiserunt *prepositus et conventus*, quod, si puer prefatus, facto pretaxati temporis spacio, divina gracia inspiratus *milicie aput Novacellam* adscribi elegerit regulari et ex persone sue condicionibus, que tunc erunt, ad portandum ordinis illius jugum a sepe *dicto preposito et conventu* idoneus fuerit reputatus, ipsum absolute propter deum in canonicum eligent et in fratrem, alioquin tunc ad me redibit et *ecclesia novecellensis* ab eo erit penitus absoluta. Hujus rei testes sunt: dominus *Otto*, *canonicus sancte Marie brixinensis*, *Engelmarus et Heinricus*, *sacerdotes*, *Gebehardus de Stetenegke*, *miles*, *Heinricus de Vellis*, *Ekkehardus et Hainricus*, *fratres de Gerrenstain*, *Fridericus*, *prepositus* et plures alii. Ne autem super dictis aliqua in posterum ambiguitatis seu calumpnie questio valeat suboriri, presentem paginam de hiis conscriptam *dicte ecclesie* tradidi, sigilli mei munimine roboratam. Actum anno dominice incarnacionis M. CC. LXXXI., Indictione IX., VI. Idus Septembris. (Registrat. vet. tom. I. fol. 271ª.)

CCCXLII.

Anno 1282. — *De monte Riol.*

In nomine sancte et individue trinitatis. *Bruno, dei gracia ecclesie brixinensis episcopus*, omnibus in perpetuum. Quoniam diversis distenti negociis saluti nostre, prout debemus, ad plenum intendere non valemus, necessarium duximus, sociorum in ecclesiis regnancium nec non bonorum hominum in terris degencium suffragia per pia nobis beneficia comparare. Ea propter tenore presencium constare volumus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos ob divine remuneracionis intuitum et regine misericordie reverenciam pro salute nostra renunciamus et cedimus in perpetuum omni jurisdictioni et juribus universis, que in bonis et hominibus *monasterii novecellensis juxta Brixinam*, constitutis in *monte Riol* et sub eodem monte inter rivum, *qui dicitur Chlausenpach* et pontem, qui dicitur *Holzprukke*, racione advocacie nobis competebant, vel competere videbantur, exceptis dumtaxat causis criminalibus, que per sentenciam sanguinis terminantur, quas quidem nostro et successorum nostrorum judicio reservamus. Predictam autem cessionem fecimus ad instanciam

peticionis honorabilis viri, domini *Ingrammi*, *ecclesie memorate prepositi*, cujus aput nos gracia et preclara merita hoc requirunt, ut peticionibus ejus racionabilibus et honestis benevole exaudicionis beneficio cum promptitudine occurramus. Ut autem supradicta cessio per nos et successores nostros omnino permaneat inconvulsa et officiales nostri in bonis et hominibus prelibatis nulla judicia vel prestaciones quascunque seu nostro seu ipsorum nomine contra prescriptam formam tenoris de cetero audeant usurpare, presentem literam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum in *Strazperch* anno domini M. CC. LXXXII, Indictione decima, V. Idus Junii. (Lib. donation. fol. 41ª.)

CCCXLIII.

Anno 1282. — *De libertatis donacione in monte Riol per comitem Tirolis Meinhardum.*

Ne gesta mortalium diuturnitate temporis in oblivionem et calumpniam deducantur, salubre adinventum est remedium scripturarum. Ea propter Nos *Meinhardus*, *comes Tyrolis et Goricie, aquilegensis, tridentine et brixinensis ecclesiarum advocatus*, hujus scripti testimonio profitemur et patere volumus universis, presentibus et futuris, quod ob divine remuneracionis intuitum et sancte matris misericordie reverenciam, nec non in remedium animarum, nostre ac progenitorum et successorum nostrorum, pro nobis et heredibus nostris renunciamus et cedimus jurisdictioni, que in bonis et hominibus *monasterii novecellensis juxta Brixinam*, sitis in *monte Riol* et sub monte a rivo, qui dicitur *Clausenpach*, usque ad pontem, qui dicitur *Holzpruk*, racione advocacie nobis competiit vel competere videbatur et heredibus nostris post nos, exceptis dumtaxat causis criminalibus, que per sentenciam sanguinis terminantur, quas quidem nostro et heredum nostrorum judicio reservamus. Fecimus autem cessionem predictam ad instanciam peticionis honorabilis viri, domini *Ingrammi, prepositi ecclesie memorate*, cujus preclara merita hoc requirunt, ut peticiones ejus juste exaudicionis beneficium consequantur. Ut igitur suprascripta per nos et heredes nostros permaneant inconvulsa et officiati nostri sibi bonis et hominibus in prefatis judicia indebita non usurpent, presens instrumentum sigilli nostri munimine fecimus communiri. Actum in *Strazperch* anno M.

CC. LXXXII., Indictione decima. (Lib. donation. fol. 41[b], fol. 42[a],)

CCCXLIV.

Anno 1282. — *De predio an dem Hof in monte Gozzenperc.*

Ne rem gestam tollat oblivio temporalis, perhennari solet voce testium et testimonio scripturarum. Nos igitur *Albertus, comes Goricie et Tyrolis*, tenore presencium ad noticiam singulorum volumus pervenire, quod, cum *Jacobus de castro sancti Michaelis, filius Friderici*, et *Purchardus, frater ipsius*, de consensu fratrum et aliorum heredum suorum *ecclesie Novecelle apud Brixinam* pro unius domini integra et unius sororis dimidia prebendis, *matri ipsorum, domine videlicet Eufemie*, quamdiu vixerit, ministrandis, curiam que vulgariter dicitur *an dem Hof*, sitam in *monte Gozzenperc*, ad eorum (eos) proprietatis titulo pertinentem, tradiderunt cum omni jure et pertinenciis, sicut eam habuerunt, libere et sine contradictione qualibet perpetuo possidendam, Nos ob amorem divine remuneracionis et gloriose genitricis ejus reverenciam hujusmodi curie tradicionem devote mentis affectu in nostrorum pecaminum remissionem ratificamus et presenti edicto irrefragiliter confirmamus, volentes, ut *predicta ecclesia*, quam utique speciali amplectimur desiderio, cum pleno libertatis jure quiete ac pacifice curiam possideat memoratam. In cujus tradicionis evidens testimonium presentem cartam nostri pendentis sigilli munimine fecimus communiri. Cujus rei supra scripte testes sunt: Dominus *Nycolaus, vicarius in Taist, magister Otto puerorum comitis Meinhardi, Fridericus, Wilhelmus de Schoneck, Otto de castro sancti Lamberti, Einwigus, judex de Welsperch, Chunradus de castro sancti Michaelis* et alii quam plures. Datum et actum in *castro Welsperch* anno domini M. CC. LXXXII., die quarto intrante Augusto, Indictione decima. (Lib. donation. fol. 42[a], fol. 42[b].)

CCCXLV.

Anno 1282. — *De eadem curia.*

Ut negociorum bene gestorum vigorem non tollat oblivio, providendum est, ut facta hominum scripturarum indiciis et testium inscripcionibus prehennentur. Proinde *Nos Bruno, dei*

gracia ecclesie brixinensis episcopus, tenore presencium constare volumus universis, quod cum *Jacobus de castro sancti Michaelis, filius Friderici, Purchardus, Wilhelmus et Fridericus, fratres ipsius*, de consensu heredum suorum *ecclesie novecellensi apud Brixinam* pro unius domini integra et unius sororis dimidia prebendis, *matri ipsorum, domine videlicet Eufemie*, quamdiu vixerit, ministrandis, curiam, que vulgariter dicitur *an dem Hove*, sitam in monte, qui *Gezzenberg*, appellatur, ad eos proprietatis titulo pertinentem, tradiderunt cum omni jure et pertinenciis, sicut eam habuerunt, libere et sine impeticione qualibet in perpetuum possidendam, Nos ob dei et ejus gloriose genitricis reverenciam predictam tradicionem devote mentis affectu prosequentes ipsam ratam habemus et presenti edicto irrefragabiliter confirmamus, volentes, ut *predicta ecclesia*, quam utique amore speciali amplectimur, cum pleno libertatis jure quiete et pacifice curiam possideat memoratam. In cujus ratihabitacionis nec non et confirmacionis evidens testimonium presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus consignari. Cujus rei testes sunt: Venerabilis dominus *Henricus, chiemensis prepositus*, dominus *Ulricus, capellanus*, dominus *Purchardus de Seben, Wigandus, tunc judex in Brixina, Bruno*, item *Bruno, Marchardus* et *Richardus, sacerdotes* et plures alii, qui predictam confirmacionem audiverunt pariter et viderunt. Actum in *castro Salerne* anno domini millesimo, ducentesimo, LXXXII., Indictione decima, quarto kalendas Septembris. (Lib. donation. fol. 42^{b}, fol. 43^{a}.)

CCCXLVI.

Anno 1282. — *De curia Ruverit aput Chastelrut.*

In nomine domini Amen. Nos *Agnes, vidua domini Heinrici Mulrapponis, Elysabeth et Ursula, filie, Fridericus et Ulricus, filii ejusdem Agnetis*, tenore presencium protestamur, quod nos de communi omnium nostrum consensu curiam in *Ruoverit*, sitam aput *Chastelruth, ecclesie novecellensi* pro quadraginta sex marcis vendidimus ipsamque cum omni jure et pertinenciis in dominium et usum *ecclesie memorate* transtulimus, prout eam libere et titulo proprietatis dinoscimur possedisse, *Philippo* nichilominus, *marito domine Anne, que tercia est dicte Agnetis filia*, vice uxoris sue assensum prebente contractui memorato. Hujus rei testes

sunt: Dominus *Wilhelmus, novecellensis canonicus, Jacobus, canonicus sancte Marie in Brixina, Ulricus, capellanus domini episcopi brixinensis,* magister *Richardus, prepositi novecellensis notarius, Gebhardus Stetenekarius, Wilhelmus de Howenstein, Heinricus scriptor, Heinricus de Aqua, Chunradus Cincingarius, Ulricus Weise, Heinricus Sluzzeler, Heinricus dictus Celler, Gotselinus et Heinricus, fratres de Stilvis, Heinricus, cellerarius, Bruno Marschalcus.* Ne vero quidquam predictorum ad tempus futurum in dubium valeat revocari, presens scriptum super hiis confectum sigillorum, nostri videlicet, *Wilhelmi de Howenstein, Reppelini et domini Gebehardi de Stettenecke* appensione fecimus communiri. Acta sunt hec in atrio ecclesie brixinensis anno domini M. CC. LXXXII., pridie kal. Decembris, Indictione decima. (Lib. donation. fol. 43^{b}, fol. 44^{a}.)

CCCXLVII.

Anno 1282. — *De curia Knechtelinshof in Srempach.*

Nos *Hugelo et Wilhelmus, fratres de Velturnes,* tenore presencium constare volumus universis, quod cum ego *Hugelo* curiam, que vocatur *Knechtelinshof, sitam in Srempach* juxta ecclesiam, *novecellensi ecclesie* pro viginti quinque marcis in fratris mei absencia vendidissem et idem frater meus, qui post reditum suum predicto se opponebat contractui, receptis ex quodam arbitrio pro jure, quod sibi asserebat in curia eadem competere, XXXV libris ab *ecclesia memorata*, plenum adhibuisset assensum, uterque in manum venerabilis *Ingrammi, ejusdem ecclesie prepositi,* nomine *ecclesie* sue, curiam tradidimus et resignavimus supradictam, nihil juris in ea nobis retinentes. Hujus rei testes sunt: Venerabilis *Heinricus, prepositus et archidiaconus chyemensis, Marquardus, prepositus sancte Marie et decanus brixinensis, Ludowicus, Gotschalcus de Tsetsch, canonici brixinenses, Heinricus, plebanus de Sele,* dominus *Gotschalcus de Monte, miles, Fridericus, prepositus, Eberlinus de Layan, Hermannus, filius Hermanni Bingo* et alii quam plures. Nos vero, ne aliquis heredum vel amicorum nostrorum super predictis *novecellensi ecclesie* movere valeat in posterum questionem, presentem literam de hiis conscribi et appensione sigillorum domini *Brunonis, brixinensis ecclesie episcopi,* qui et contractum istum confirmavit, et utriusque nostrum fecimus communiri. Actum in

Brixina anno domini M. CC. LXXXII., Indictione decima, pridie Nonas Octobris. (Lib. donation. fol. 49ª, fol. 49ᵇ.)

CCCXLVIII.

Anno 1282. — *De duabus curiis, una in Vern, altera in Schalris sita.*

Quoniam per calumniam, que ex malicia nascitur hominum et per dubitacionem, quam producit oblivio, multociens impugnantur gesta, quamtumlibet rite et racionabiliter celebrata, necessarium est, ut autenticarum scripturarum clipeo provide muniantur. Proinde Nos *Bruno, dei gracia ecclesie brixinensis episcopus*, tenore presencium constare volumus universis, quod *Witmarus de Vern, miles noster*, volens juxta *ecclesiam novecellensem* in servicio divino quiescere et vocacionem de hoc seculo humiliter expectare, duas curias, unam *in Schalris*, aliam *in Vern* sitas, quas a nobis tenuit titulo feodali, cum omnibus attinenciis suis, cultis et incultis, ad usum *ecclesie memorate* in manibus nostris integre resignavit et nos eadem bona, non solum circa dictam personam pietate, verum eciam circa *prelibatam ecclesiam* devocione permoti, unacum jure proprietatis, ad nos in eisdem possessionibus pertinente, in *ipsam ecclesiam* donando transtulimus, in perpetuum libere et pacifice possidenda, accedente ad ipsam resignacionem pretaxati militis consensu *Wernheri, fratris sui*, et *Jacobi nepotis sui*, cum heredes alios non haberet. Sed et uxor ejus *Chunegundis* eidem facto consenciens juri pignoris, quod sibi in una curiarum predictarum scilicet in *Schalrs*, pro decem marcis nomine dotalicii competebat, ad usum *ecclesie* renunciavit *predicte* integraliter et perfecte. Predictis vero ordinacionibus, nostra confirmacione mediante, talis condicio intercessit, quod *ecclesia novecellensis Witmaro et ejus uxori*, predictis, debebit, quamdiu vixerint, in necessariis providere. Hujus rei testes sunt: Dominus *Witmarus*, *abbas wiltinensis*, *Eberhardus*, *comes de Chirchperch*, *Uolricus*, *capellanus noster*, *Fridericus de Phalzen*, *sacerdotes*, *Luipoldus Bingo*, *Chunradus Eberspergarius*, *Fridericus Valchnarius*, et plures alii. Actum *Brixine* anno domini M. CC. LXXXII., Indictione decima, XVI. kal. Marcii. Ut autem predicta perpetuam habeant firmitatem, presentem litteram de hiis conscriptam sigilli nostri appensione fecimus roborari. (Lib. donation. fol. 54ª, fol. 54ᵇ.)

CCCXLIX.

Anno 1283. — *Homines sancte Marie in Novacella oblati.*

Isti sunt homines, qui emerunt se a domino *Heinrico de Salekke: Gerhardus et soror ejus Gértrudis* et duo pueri ejusdem *Gerhardi,* scilicet *Jacomina et Jacobus;* et ipse dominus *Hainricus* tradidit eos *sancte Marie in Novacella* in manus duorum *canonicorum novecellensium,* scilicet domini *Ottagri cellerarii,* et domini *Ulrici, rectoris in Vels.* Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXXIII., in die sancti Viti. Hec empcio facta fuit pro XXX libris Veronensium parvulorum. (Lib. testament. fol. 47ª.)

CCCL.

Anno 1283. — *De decimis in parochia Lacevons.*

Cum *Ulricus de Mäurlen* decimas, quas quondam *Hainricus, qui dicebatur Witzege, et Christianus, filius ejus,* in *parochia Latzfons* ab *ecclesia novecellensi* in feudo tenuerat, recepisset a *preposito Ingrammo* et conventu *ejusdem ecclesie* jure forensi, tandem idem *Ulricus* dimidiam decimam de *curia in Schale,* quam inter alias decimas receperat, *memorate ecclesie* resignavit, quam *predictus prepositus* de consensu fratrum suorum *Diemudi, relicte Heinrici gigantis de Riwental,* suisque heredibus in perpetuum contulit. Hujus rei testes sunt: dominus *Heinricus augensis prepositus, Heinricus, hospitalarius de Clusa, Ulricus de Maurlen, Berhtoldus de Rese* et alii quam plures. Actum in paradiso majoris ecclesie brixinensis anno domini M. CC. LXXXIII., Indictione undecima, VI. kal. Septembris. (Lib. donation. fol. 52ª, fol. 52ᵇ.)

CCCLI.

Anno 1283. — *Litera locacionis curie aput sanctum Quirinum in Layan pro certo censu annuo.*

Cum publice scripture auctoritas contractibus hominum, rite et racionabiliter celebratis, conferat munimentum, Nos *Bruno, dei gracia ecclesie brixinensis episcopus,* notum esse volumus universis, quod venerabilis *Ingrammus, novecellensis prepositus*

apud Brixinam, curiam *in Layan*, sitam apud *sanctum Quirinum*, *Gotschelino et Heinrico*, *fratribus de Stufelis*, et *Marie sorori ipsorum de Stufelis* locacionis jure concessit in hunc modum, ut ipsi nomine census quatuor modios siliginis, unum modium tritici, unum modium ordei, quinque galveias fabe, quinque galveias milii, in messe tres panes triticios, tres pullos, triginta ova in nativitate et tres carnes, in pascha agnum et hedum, triginta ova varrlosunge, pro itinere viginti denarios, Helene duas libras annis singulis inde solvant. Testes hujus rei sunt: Dominus *Marquardus*, *decanus brixinensis*, *Jacobus*, *canonicus beate virginis ibidem*, magister *Richardus*, *prepositi novecellensis notarius*, *Ruogerus de Cheverspuhel*, *Perhtoldus de Rese* et plures alii. Actum anno domini M. CC. LXXXIII., Indictione XI., quarto. kal. Octobris. (Registrat. vet. tom. I. fol. 391ª.)

CCCLII.

Anno 1284. — *Servus sancte Marie in Novacella traditur.*

Nos *Fridericus*, *dictus de Rodanch*, cupimus constare universis, tam presentibus quam futuris, quod *Arasmus*, *Fridericus et Arnoldus*, *fratres filii Friderici Clerici de Nauces*, et mater ipsorum *Hiltepurgis ac soror ipsorum Christina* manu et voluntate nostra servum suum, quem a nobis habebant titulo feudi, nomine *Gotschalcum*, *filium Chirchuot*, dederunt et donaverunt *ecclesie sancte Marie in Novacella* libere et absolute et ipsum *Gotschalcum* et omnes heredes suos, si quos habebit, ab omni vinculo proprietatis liberum reddiderunt. Ad hujus rei evidenciam hanc literam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Testes sunt: *Arnoldus rex*, *Arnoldus de Nuders*, *Hainricus et Ruedegerus de Elves*, *Chuonradus*, *prepositus*, et alii quam plures fide digni. Actum anno domini M. CC. LXXXIV. aput *Rodanch*. (Lib. donation. fol. 54ᵇ, fol. 55ª.)

CCCLIII.

Anno 1284. — *Litera donacionis pomerii in Tüls et Aurant super Tüls et duorum agrorum, confirmante domino Brunone episcopo brixinensi.*

Quia generacio preterit et generacio advenit, res geste ne oblivioni mandentur, solent literarum testimoniis perhennari. Omnibus Christi fidelibus tenore presencium innotescat, quod

ego *Ulricus de Tüls, plebanus in Rodanch*, capellanus domini *Brunonis, episcopi brixinensis*, in remedium animarum omnium parentum meorum et mee de agris, qui ex patrimonio et empcione licite ad me pervenerunt, dedi *novecellensi ecclesie* jure proprietatis *Aurant super Tuls* et pomerium in villa situm prope domum *Simeonis* et duos agros, quorum unum colit *Simeon, consobrinus meus* et alterum, quem coluit alter *consobrinus meus Chuonradus de Pinzagen.* Testes hujus donacionis sunt: *Canonici Novecelle, Ottager, Albertus, Siboto, Fridericus, Otto, Ulricus, Hermannus*; item *Ludwicus, canonicus brixinensis, Heinricus de Passyr, Eberhardus Hiin, scolaris, Jacobus de Phalzen;* de familia *Novecelle Perchtoldus de Raes, Fridericus Valchnaer, Petrus, Liebhardus, Jacobus, Heinricus pistor et coadjutor ejus Ulricus, Nicolaus, pileator Brixine* et alii quam plures. Actum anno dominice incarnacionis M. CC. LXXXIV. (Registrat. vet. tom. I. fol. 177[b], fol. 178[a]).

CCCLIV.

Anno 1284. — *Instrumentum donacionis curie Mitldorf ame Rayne in Virgen pro anniversario Hainrici, Purchgravii de Bozano, sub pena amissionis ejusdem curie perpetuo peragendo.*

Anno domini Millesimo, ducentesimo, octuagesimo quarto, Indictione duodecima, die Jovis decimo intrante Augusto in *Bozano* in domo mea notarii infra scripti in presencia *Concellini de Parzinnes, Hainrici Sturm, Christiani, scolaris de Parzinnes, Ullini, filii quondam Ruperti de Bozano, Gozolti Prampergarii de Bozano* et aliorum testium quam plurium dominus *Hainricus, Purgravius et justiciarius in Bozano*, donavit ac reliquit jure pure et mere donacionis *ecclesie sancte Marie in Novacella aput Brixinam* possessionem suam, que sita est in pertinenciis de *Virge* in loco, ubi *Miteldorf am Rein dicitur*, tali modo, quo *prepositu Novecelle* et *sui confratres* habere debeant ex nunc et in perpetuum predictam possessionem, excepto, quod ipsam vendere aut alienare aliquo modo non valeant, sed ex ipsa possessione annualiter dicti domini *Hainrici, Purcgrafii* ex nunc et in perpetuum memoriam peragere sint adstricti; quod si aliquo anno neglexerint, sui proximiores parentes plenam habeant facultatem de predicta possessione se intromittendi et quod tunc irrita et cassa nulliusque valoris esse debeat donacio prenominata. (Registrat. vet. tom. I. fol. 372[b], fol. 373[a].)

CCCLV.

Anno 1285. — *Lis inter Heinricum de Velles et ecclesiam novecellensem composita.*

Nos *Heinricus, dei gracia decanus brixinensis ecclesie*, et *Gebehardus de Stetenecke* tenore presencium scire volumus universos presencium inspectores, quod, cum jam dudum inter honorabilem *prepositum novecellensis ecclesie* et nobilem virum, felicis recordacionis *Heinricum de Velles*, orta fuisset materia questionis, tandem in lecto egritudinis *Heinricus* constitutus omnes novas exactiones, per ipsum vel nos introductas post obitum patris sui in bonis et possessionibus *ecclesie supradicte*, in remissionem peccatorum suorum totaliter relaxavit, in nos tamquam in arbitros et amicabiles compositores super dampnis et injuriis illatis *dicte ecclesie* compromittens; nos vero volentes pocius de concordia et unanimi voluntate utriusque partis, quam per sentenciam arbitrariam questionem hujusmodi terminari, talis inter ipsos composicio intercessit, quod *Arnoldus de Velles* et *Rembertus*, heres *supradicti Heinrici*, nec non *Engelmarus Tarandus, tutor puerorum Heinrici*, promiserint, restituere ecclesie parochiali et aliis capellis prata, agros, redditus et luminaria, thus, oleum vel earundem ecclesiarum fabricam, que per ipsum *Heinricum* fuerant occupata. In recompensam vero dampnorum ad perpetuum remedium anime dicti *Heinrici* et progenitorum suorum, ut corpora *dominorum de Velles* sumptibus, laboribus et expensis domini *prepositi novecellensis* ibidem sepelienda in *Novacellam* deducantur et de eisdem debita et consueta exequiarum sollempnitas peragatur, promiserunt dare *ecclesie novecellensi* infra quinquennium triginta marcas, pro quarum solucione *Arnoldus* et *Reimbertus, dicti de Velles*, se ad manus *prepositi* fidejussorie obligarunt super dictis triginta marcis, in aliquam perpetuam elemosinam pro consolacione fratrum et pauperum convertendis. Dominus vero *prepositus* nomine suo et *ecclesie* omnia dampna et injurias, per supra dictum *Heinricum ecclesie sue* illata, remisit simpliciter in totum promittens observare et exequi fid eliter omnia supradicta. Super jure vero sive consuetudine antiqua, quam sibi vendicant heredes *Heinrici* supradicti, et defensione *prepositi* in contrarium unicuique suum salvum maneat in futurum. In cujus rei testimonium presentes

dedimus *preposito* literas, nostrorum et *Arnoldi de Velles* sigillorum munimine roboratas. Actum et datum *Bozani* in orto fratrum minorum anno domini M. CC. LXXXV. presentibus testibus infrascriptis: Domino *Heinrico de Ruvein* et domino *Heinrico de Reuschen, canonicis ecclesie brixinensis, Hiltpoldo, Chunzlino de Winekke, Gotschalco, dicto de Winekke, Heinrico de Salekke, Abelino et Hugelino, fratribus de Aichach, Witigo, Gebhardo, dicto Geltinger, Christiano, Berhtoldo, Marchelino, Willeboldo, Wernhardo, scriba, Reigens, Goezbrecht, Gotschalco, preposito, Engelmaro in fine, Reuschelino, Ulrico de Tote* et aliis quam pluribus, quos credimus fide dignos. (Lib. donation. fol. 55^{b}, fol. 56^{a}.)

CCCLVI.

Anno 1285. — *De curia Niedernhusen prope castrum Schönekke.*

In nomine domini Amen. Res geste ne oblivioni mandentur, literarum solent et sigillorum impressionibus perhennari. Omnium igitur Christi fidelium, presentes intuencium, memorie innotescat, quod ego *Fridericus de Schönekke, ministerialis ecclesie brixinensis*, curiam meam dictam *Nidernhusen*, prope *castrum meum Schönekke* sitam, quam *Dietmarus colonus* incolit, *novecellensi ecclesie*, mediantibus venerabilibus viris ac dominis, *Heinrico, decano brixinensi*, et *Ingrammo, dicte ecclesie novecellensis preposito*, pro triginta duabus marcis Veronensium parvulorum vendidi possidendam et tenendam ab *ipsa ecclesia* libere, pacifice et quiete. Promitto eciam, fide data vice sacramenti, quod in eadem curia nullum jus advocacie, angarie, perangarie nec herpergas, sed nec aliud quidquam exactionis genus per me vel per meos heredes vel meorum quempiam usurpabo. Et si tempore procedente ipsum dominum *prepositum* vel *ecclesiam novecellensem* super dicta curia quisquam impecierit vel evicerit ab eisdem, ipsos ab impeticione eximere et evictionem recompensare teneor, dummodo super hiis primitus fuero requisitus. Confiteor eciam, de supra dicta pecunia me de viginti tribus marcis solutum, reliquas novem in remedium anime quondam *uxoris mee, domine Sigile*, pie memorie, ipsi *ecclesie* remisisse. Et ne de predictis omnibus in posterum alicui aliquod dubium generetur, presentem paginam munimine sigillorum *capituli brixinensis domini decani* et mei communiter duximus roborandas. Datum et actum anno domini

M. CC. LXXXV., Indictione tercia decima, decimo kalendas Maii feliciter Amen. Nomina testium sunt hec: Dominus *Hainricus, decanus brixinensis ecclesie,* dominus *Ingrammus, prepositus novecellensis,* dominus *Reimbertus,* dictus *Wingartagge,* canonicus *brixinensis;* item domini, *Chunradus, Ottaker, Albertus, Siboto, Fridericus, Wilhelmus, Otto, Hermannus, sacerdotes et, canonici novecellenses,* dominus *Heinricus, hospitalarius in Clusina,* dominus *Jacobus, sacerdos et canonicus brixinensis, Heinricus subdiaconus, consobrinus prefati domini decani;* item ipse *Fridericus de Schönekk, Wulvingus, Arnoldus, dictus Walch, Fridericus, filius Ottonis de Sckonekke, Marquardus, civis brixinensis, Sifridus, Wigandus, Willehelmus, Fridericus, Johannes, dictus Srenph, Chunradus de Chiemesse, Berhtoldus de Res, Gotschalcus de Stuvels, Liebardus, Fridericus, Ulricus, Tuscharius* et alii quam plures. (Lib. donation. fol. 56[a], fol. 56[b], fol. 57[a].)

CCCLVII.

Anno 1285. — *De duobus agris prope Leibnik.*

Gesta hominum ne simul labantur cum mundo mobili, firmari solent munimine literarum. Igitur nos *Albertus, comes Goricie et Tyrolis,* presentis scripti testimonio scire volumus universos, tam posteros quam modernos, quod *Richardus, villicus de nemore prope Chienberch,* agros duos *prope Leibnik* sitos, quos habebat in feudo ab *Ernesto de Dobrawits,* fideli nostro, ipsi *Ernesto* resignavit, qui eosdem agros a nobis habens in feudo per *Chunradum de Wolchenstain,* fidelem nostrum, nobis libere resignavit et nos ob remuneracionem divinam proprietatem dictorum agrorum dedimus et legavimus super *cenobium in Novacella sancte Marie virginis gloriose.* In robur igitur et evidenciam prescriptorum presens dedimus instrumentum, sigilli nostri munimine roboratum, testibus subnotatis, qui sunt: *Ingrammus, tunc prepositus Novecelle, magister Heinricus, decanus, Heinricus de Rufein, — — de Tsetsch, canonici brixinenses, Otto, magister, curie nostre, Ernestus,* supra *scriptus, Berhtoldus de Amlach, Chunradus de Wolchenstain,* qui de predicta donacione pro nuncio fuit datus. Actum in foro *Luvenik* in hospicio *Chunradi jam dicti* anno domini M. CC. LXXXV. (Lib. donation. fol. 57[a], fol. 57[b].)

CCCLVIII.

Anno 1286. — *De curia Tripel et prato ad eam pertinente.*

In nomine domini Amen. Nos *Eberhardus, dei gracia ecclesie brixinensis prepositus*, tenore presencium innotescere volumus Christi fidelibus universis, presentem paginam inspecturis, quod, cum reverendus in Christo pater dominus *venerabilis episcopus dicte ecclesie brixinensis*, commisisset nobis quoad judicia vices suas, orta inter *novecellensem ecclesiam* ex parte una et *Heinricum, filium quondam Willehelmi, nobilis de Howenstein*, ex altera, materia questionis super quodam prato, pertinente ad *curiam Tripel*, placuit eidem *Heinrico*, probaciones recipi ecclesie super voluntaria cessione sui patris facta de prato et quolibet jure, in eo sibi competenti, quam cessionem dominus *Ingrammus, honorabilis dicte ecclesie prepositus*, se obtulit probaturum et testibus idoneis in continenti paratis probavit legitime coram nobis; unde nos vice domini *nostri episcopi* et auctoritate nobis commissa prememorate *ecclesie novecellensi* pratum ipsum adjudicavimus et per nuncium publicum possessionem assignavimus corporalem, adverse parti silencium imponentes. Datum et actum dominice incarnacionis anno M. CC. LXXXVI., pridie nonas Novembris. Indictione XIV. *Brixine* in loco judicii. Testes sunt: dominus *Heinricus, decanus brixinensis*, dominus S . . . ., *decanus tridentinus*; item *domini et canonici brixinenses, Wintherus, Reimbertus, Gotschalcus, Ludewicus, Fridericus, Heinricus de Ruvina;* item laici, *Philippus de Howenstein* et civium et aliorum nobilium et ignobilium quam plures Amen. (Lib. donation. fol. 59ᵃ).

CCCLIX.

Anno 1287. — *Predium situm in loco, qui dicitur Undernehove.*

Noverint universi Christi fideles, quod ego *Nicolaus de Velles*, religionis habitum assumere cupiens, imo probacionis habitu de licencia venerabilis *domini mei Brunonis, ecclesie brixinensis episcopi*, cujus eram ministerialis et vasallus, aput *Novamcellam* assumpto, predium tunc meum ex jure patrimonii predicto *novecellensi monasterio* de voluntate *Quirini, fratris mei, Tacczai* dictum et situm in loco, qui dicitur *Undernehove*, sine

cujuslibet exactionis et advocacie incommodo propter deum obtuli et donavi, jure proprietatis possidendum perpetuo. Et quia sigillum non habeo, predictam donacionem, taliter per me factam, antedicto domino meo *episcopo brixinensi* cum summa precum instancia presentavi, auctoritate pontificali confirmandam. Testes autem donacionis mee, anno dominice incarnacionis M. CC. LXXXVII., VI. kal. Novembris in *Novacella* super *altare publicum sancte Marie virginis* facte, sunt hii: Dominus *Ottager, Albertus, Siboto, Fridericus, Willehelmus, Fridericus, Uolricus, Otto, Uolricus, Hermannus, sacerdotes canonici Novecelle;* item laici, dominus *Gebehardus de Stettenekke, Quirinus de Velles, frater meus,* et quasi omnes *domestici ecclesie novecellensis.* (Lib. testament. fol. 40ª).

CCCLX.

Anno 1287. — *Curia uf Prioles ze Trens et curia Niderlones.*

Ad noticiam universorum Christi fidelium pervenire desideramus, quod *Heinricus, dictus Cerrehelm,* spiritu dei actus et fructum melioris vite percipere desiderans, antequam se *nobis nobiscum* religiose conversaturus tradidisset, consencientibus et volentibus imo rogantibus, patre suo domino *Chunrado, milite de Zerrehelm,* et *fratribus suis, Uolrico, diacono, et Ludewico, laico,* loco sui suorumque omnium tradidit huic *nostre ecclesie novecellensi* duas curias, unam dictam *uf Prioles ze Trens,* alteram *uf Niderlones,* cum omnibus suis pertinenciis sine omni jure advocacie, libere et absolute fratribus in perpetuum profuturas. Hujus rei vel facti testes: Dictus dominus *Chunradus de Zerrehelm,* et *filii sui Heinricus, Ulricus, Ludewicus;* item *Vasoldus, Otto, prepositus de Sterzinga, Rudolfus, dictus Valascho, Bertoldus, cellerarius, Ulschalcus, dictus Muesouge, Jacobus de Stilves, Fridericus, dictus Juch in der helle, Fridericus de Trens, Heinricus, filius Veselini,* et alii quam plures, feliciter Amen. (Lib. testament. fol. 47ᵇ.)

CCCLXI.

Anno 1287. — *Decime in curia Rammenstain.*

Noverint omnes Christi fideles, quod Nos *Bruno, dei gracia brixinensis episcopus, novecellensi monasterio* duas partes decimarum

in curia *Rammenstain*, quas *Ulricus de Pens, vasallus noster*, a nobis in feudum habuit, ut dicebat, ad instanciam *ejusdem Ulrici* favorabiliter donavimus, proprietate perpetuo retinendas. Sunt autem hujus donacionis testes: *Jocherimus et Jacobus de Phalzen*, dominus *Geroldus et Siboto*, *sacerdotes*, *Hainricus et Chuonradus, scolares*, *Chuonradus, fistulator.* Actum in castro nostro *Salern* anno domini M. CC. LXXXVII in die omnium animarum. (Lib. testament. fol. 48ª).

CCCLXII.

Anno 1287. — *Litera composicionis inter prepositum novecellensem et Chunradum Cerrehelm, in qua curia Ramestain addicta est monasterio novecellensi, sine advocacia perpetuo possidenda.*

Quoniam ad recordacionem posterorum gesta hominum solent literis confirmari, ego *Chunradus, dictus Cerrehelm, miles senior*, et nos *Ulricus*, *Ludwigus*, *Chunradus Cerrehelm*, juniores, filii predicti domini *Chunradi*, tenore presencium volumus esse notum universis, quod, cum nos *novecellensi monasterio* super duabus possessionibus coram serenissimo *domino nostro, Meinhardo, duce Karinthie*, movissemus questionem, *venerabiles dicti monasterii, prepositus et conventus*, ejusdem magnifici domini nostri ducis eo usque sunt generosis precibus inclinati, quod unam curiam, *dictam Ramestein*, cum omnibus ad eam pertinentibus receperunt a nobis perpetuo possidendam. Et ob hujusmodi donacionem, *memorato monasterio* per nos legitime factam, quatuor homines et due possessiones, quas pie memorie *Hainricus, frater noster*, in sua professione dederat *monasterio memorato*, in nostre proprietatis dominio permanebunt. Et ne predicta valeant in irritum revocari, presentibus nostrum commune sigillum, quo utimur omnes, adjunximus et nichilominus ob majoris firmitatis robur donacionem hujusmodi prenotato ac illustrissimo *domino nostro*, *Meinhardo, duci Karinthie*, cum summa precum instancia offerimus sui sigilli et auctoritatis munimine confirmandam. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXXVII., Indictione XV., *Brixine ante monasterium, ubi ecclesiastica judicia solent exerceri*, in presencia testium rogatorum, quorum nomina sunt hec: Venerabiles domini: dominus *Eberhardus, summus prepositus brixinensis*, dominus *Ludwicus*, dominus *Gotschalcus*, dominus *Wintherus, canonici brixinenses*, dominus *Petrus*, dominus *Heinricus*, *hospitalarii de*

Brixina et *de Clusinis;* item laici, dominus *Gebehardus de Stettenekke,* dominus *Fridericus de Rodanch, ministeriales ecclesie brixinensis,* et alii quam plures. (Registrat. vet. tom. I. fol. 340ᵇ.)

CCCLXIII.

Anno 1288. — *Predium Postvel aput Tieres in parochia Vels.*

Notum sit omnibus in Christo fidelibus, quod dominus *Burchardus de Sabiona* pro remedio *uxoris sue, domine Mechtildis,* dedit nobis *Ingrammo, dei gracia preposito,* et *conventui novecellensis ecclesie* predium suum dictum *Postvel,* situm in villa *Tieres parochie Vels;* quam videlicet dominam *Mechtildem* ante dictam pro eodem predio nostris laboribus et expensis honorifico apparatu adduximus et apud nos sepelivimus, ut ejusdem *Mechtildis* memoria in perpetuum habeatur. Facta est autem hec donacio presentibus et consencientibus *nobilibus de Sabiona, Reimberto et Paulo,* et aliis amicis dicti *domini Burchardi,* anno ab incarnacione domini M. CC. LXXXVIII. Testes sunt: Dominus *Heinricus, hospitalarius de Clusa, Waltmannus, Wintherus, Calvus, Heinricus Zornle* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 48ᵇ.)

CCCLXIV.

Anno 1289. — *Predium Dosal in parochia Vels.*

Omnibus Christi fidelibus presentibus innotescat, quod dominus *Burchhardus de Sabiona* de voluntate et consensu *Reinperti et Pauli, fratruelium de Sabiona,* et aliorum amicorum suorum donavit et tradidit, cum habitum religionis apud *Novacellam* indueret, *beate et gloriose dei genitrici, virgini Marie et fratribus in Novacella* deo servientibus predium unum *Dosal dictum,* in parochia *Vels* situm. Hec donacio facta est anno domini M. CC. LXXXIX. Testes sunt: Dominus *Hainricus, hospitalarius de Clusa,* prenominati *nobiles de Sabiona, Reinpertus et Paulus,* dominus *Petrus, hospitalarius brixinensis,* et *fratres nostri conventus, Ottager, Albertus, Siboto, Fridericus, Ulricus, Hainricus, sacerdotes;* de laicis *Berhtoldus de Res* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 48ᵇ.)

CCCLXV.

Anno 1289. — *De Chunrado Wildone.*

Nos *Heberhardus, dei gracia prepositus et procurator rerum episcopalium brixinensis ecclesie generalis,* et *magister Perhtoldus, archidiaconus ibidem,* constare volumus universis, presens scriptum intuentibus, quod, cum *Chuonradus Wildo* graciam venerabilis domini *Ingrammi, prepositi novecellensis,* ludo taxillorum et quam pluribus verbis contumacibus et ineptis et quibusdam aliis excessibus amisisset, et sua exigente contumacia officio, domo, agris et breviter omnibus, que habebat ab *ecclesia novecellensi,* privatus foret, memoratus *dominus prepositus* efficaci nostre et fideli peticionis instancia devictus, ut predictum *Wildonem sibi et ecclesie* reconciliare per honeste et congrue satisfactionis medium deberemus, in nos tamquam compositores amicabiles compromisit. Nos vero recepto de consilio et consensu utriusque partis propter bonum pacis et concordie de consilio domini *Ulrici, sacerdotis et canonici,* et domini *Purchardi, militis de Sabiona* sumus taliter arbitrati, quod *dictus Wildo* in officio *vallis Pustrisse* ad unius anni spacium toleretur et ob hoc ipsi *domino preposito* solvat XX libras Veronensium parvulorum —. Datum *Brixine* anno domini M. CC. LXXXIX. (Lib. testamento. fol. 55^{b}.)

CCCLXVI.

Anno 1289. — *Litera donacionis curie Telves prope Sterzing ad monasterium novecellense per dominam Ottiliam Trautsunin.*

Res geste oblivionis et variarum questionum dispendia paciuntur, si literarum testimonio non firmantur. Ea propter nos *Pertoldus, Luitoldus, Ulricus et Jacobus, fratres uterini dicti Trautsüne,* constare volumus universis, quod domina *Ottilia, mater nostra,* locum sibi mansionis et sepulture aput *Novacellam* eligens pro remedio anime sue et mariti sui, nobis consencientibus, *dicto coenobio* dedit curiam unam, sitam in *Telves* prope *Sterzingam,* retento, dum viveret, sibi usufructu; post obitum vero illius curia prenotata cum omnibus pertinenciis suis ad usus et proprietatem *coenobii* libere sine contradictione nostra et aliorum omnium reducatur, testantibus, confirmacione accedente domini

nostri *Meinhardi, illustris ducis Karinthie,* ac nostrorum munimine sigillorum, testibus rogatis in *Novacella* prope altare publicum, ubi hec acta fuerunt anno dominice incarnacionis M. CC. LXXXIX., Indictione secunda. Nomina testium sunt hec: Dominus *Ulricus de Liebenberg,* domini *de Rischon, Hainricus, Otto, Ebel, fratres, Wasserer de Brixina:* de domesticis *ecclesie novecellensis, Petrus calcifex, Eblinus de Cheverspuhel, Petrus cocus, Alber faber* et *filius ejus Petrus, Hainricus Pircher,* et alii quam plures, scilicet *Hainricus, Liber de Schengels,* dominus *Jacobus Trautsun* et *filius ejus Petrus, Hiltprandus de Stilves* et gener ejus *Wolflinus, Chunradus Geltendrusel.* (Registrat. vet. tom. I. fol. 342^{b}, fol. 343^{a}.)

CCCLXVII.

Anno 1290. — *Decima in valle Pustrissa Chunrado Wildoni commissa.*

Anno domini millesimo, ducentesimo nonagesimo, die sancte Margarete commisimus *Chunrado Wildoni* decimam in *Pustrissa valle* a die suprascripta ejusdem anni per quatuor annos tali condicione, ut singulis annis inde persolvat VIII modios tritici et X modios fabi et VI galetas papaveris, et de siligine quantum potest et ordei ita, quod sit summa tocius annone, quam persolvere tenetur, annuatim nonaginta quinque modiorum solidi grani mensure granarii. Testes hujus rei sunt: Dominus *magister Siboto,* dominus *Fridericus de Sterzinga,* dominus *Willehalmus, cellerarius, sacerdotes canonici novecellenses,* dominus *Purchardus, conversus,* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 59^{a}.)

CCCLXVIII.

Anno 1291. — *De predio in Rekke.*

Cum scripture auctoritas magnum contractibus hominum prebeat monumentum, universis, presentem scedulam inspecturis, innotescat, quod nos *Reimbertus et Alheidis, uxor ejus de Voitsberg* de voluntate ac consensu heredum nostrorum, videlicet *Heinrici, Alberti et Wilhalmi,* pro remedio animarum nostrarum et septuaginta libris Veronensium parvulorum, quas nobis *prepositus et conventus* justo et consueto empcionis modo dederunt, donavimus *beate Marie in Novacella predium nostrum in Rikke,* quod colit *Perhtoldus Pregeler,* salubriter hoc adjecto, ut in

eadem ecclesia nos et prenominati heredes nostri sepulturam et fraternitatem oracionum et omnium obsequiorum dei habere ac eciam, ubicunque infra duas dietas fuerimus defuncti, postquam hoc eis innotuerit et ad hoc requisiti fuerint, illuc deduci debeamus ipsius monasterii et laboribus et expensis. In cujus nostre donacionis testimonium presentem chartam sigillo meo *Reimbertus de Voitsperch* insignivi fideliter roborando. Nomina testium rogatorum et ob hoc vocatorum sunt hec: Domini et *canonici brixinenses*, *Heinricus Taberna*, *Heinricus de Rischon*, dominus *Fridericus sacerdos*, *Heinricus, plebanus de Eznich*, *Tegno de Vilanders*, *Hainricus de Cellario*, *Gotschalcus, der Stuveler*, *Chunradus, filius Ekkehardi*, *Jacobus Resner*, *Chalhohus Lithus*, *Ulricus de Werde*, *Fridericus, domini Merbotonis filius*, *Hainricus*, *Chunradus*, *Fridericus* et alii quam plures. Datum et actum in *Novacella* anno dominice incarnacionis M. CC. XCI., Indictione IV., pontificatus *domini et magistri Heinrici et Traveia, episcopi brixinensis*, anno primo. (Lib. donation. fol. 59^{b}.)

CCCLXIX.

Anno 1291. — *De curia una in Schrembach prope ecclesiam quondam domini Ottonis de Wenke.*

Nos *Hugo et Willehalmus, fratres de Velturnes*, ministeriales ecclesie brixinensis, tenore presencium confitemur, nos vidisse, quod *Otto de Wenke* nostro consilio et favore *novecellensi coenobio* pro viginti octo marcis usualibus anno dominice incarnacionis M. CC. XCI., XIV. kalendas Decembris in choro *dicti coenobii*, presentibus testibus rogatis, quorum nomina inferius sunt notata, vendidit curiam suam vinariam, sitam in *Schrembach prope ecclesiam sancti Petri*, et nichilominus decimam et colonum, *dictum Guoto*, proprietatis jure sine cujuslibet exactionis et advocacie gravamine libere perpetuoque possidendam. Nos eciam juri et litigio, quod aliquando inter nos et ipsum *Ottonem* super aliquota parte vel jure feodi vel dominii ipsius curie vertebatur, sponte cessimus et renunciavimus et transtulimus in jus et proprietatem *coenobii memorati*, quocunque modo nobis competeret de jure vel de facto. Et in hujus rei evidenciam et munimen presentem chartam sepe *dicto coenobio* dedimus, nostris sigillis communitam. Testes autem predicte vendicionis et renunciacionis, per nos facte, qui rogati presencialiter adfuerunt, sunt

hii: Dominus *Fridericus, decanus*, dominus *Heinricus*, dominus *Herwicus, sacerdos de hospitali Brixine, Heinricus Aquarius, Geroldus de Ritenfuoz, Heinricus de Eznich, Fridericus de Austria, Nicolaus, diaconus, Perhtoldus de Runkada* et alii quam plures. Datum *Brixine* anno et die prenotatis feliciter Amen. (Lib. donation. fol. 60ª.)

CCCLXX.

Anno 1292. — *Gozzoldus, Matheus et soror eorum se offerunt sancte Marie.*

Anno dominice incarnacionis M. CC. XCII., in dominica Esto, duo *fratres*, videlicet *Gozzoldus* et *Matheus* et soror eorum *Diemudis*, pueri *Gebehardi, villici de Plan*, manumissi ab *Henrico de Salekke*, obtulerunt se et tradiderunt sua jure proprietatis super *altare publicum gloriosissime virginis Marie in Novacella* et prestiterunt juramentum fidelitatis, quod ipsi cum omni posteritate sua *novecellensi ecclesie* et beate virgini fidem debitam. conservabunt. (Lib. testament. fol. 55ª.)

CCCLXXI.

Anno 1292. — *De curia Pirchach.*

Noverint omnes Christi fideles, quod ego *Ulricus Moulrappe*, acceptis decem et novem libris Veronensium parvulorum ab *Heinrico Pircher*, curiam suam *Pirchach*, quam a me habuerat in feodum, cum omni jure feudi, quod mihi competebat in curia eadem, ac eciam *Heinricum, dictum Pircher*, ipsum, qui condicione servili quondam ad me pertinebat, super *altare publicum ad servicium et honorem gloriose virginis Marie Novecelle* ac eciam ad usus fratrum, ibi deo serviencium, voluntarie resignavi et, ut promisi, teneor dictum famulum et curiam, ubicumque jus et necessitas exigit, a quolibet impetente dicte *ecclesie novecellensi* defensare. Hec acciderunt anno dominice incarnacionis M. CC. XCII., in octava Epiphanie in *Novacella* penes altare publicum in presencia mea et aliorum testium rogatorum, quorum nomina sunt hec: Fratres, dominus *Burchardus et Nicolaus*, de domesticis, *Albertus rasor, Nicolaus et Merboto Paumgarter* et alii quam plures. (Lib. testament. fol. 56ᵇ.)

CCCLXXII.

Anno 1292. — *Nicolaus et Henricus de Alcusens ad claustrum Novacelle pertinent.*

Noverint omnes Christi fideles, quod *Nicolaus et Henricus, filius suus de Alcusens,* ambo ex donacione *Maulrappi* jure proprietatis pertinent ad *claustrum sancte Marie in Novacella;* et donacio facta est in *Novacella* anno domini M. CC. LXXXXII., et solvent annuatim nomine census ad minus duos grossos in nativitate gloriose virginis. (Lib. testament. fol. 56ᵇ.)

CCCLXXIII.

Anno 1292. — *Litera empcionis curie ze Tal nec non cujusdam Johannis, filii quondam Jacobi.*

Universis Christi fidelibus, presentem cedulam inspecturis, innotescat, quod ego *Rubertus, dictus Maulrappo,* curiam, que dicitur *Tal, novecellensi monasterio vendidi* taliter, quod nec *Herrandus de Putz,* qui post empcionem *eandem ecclesiam* pro una urna vini, sibi annuatim de ipsa curia solvenda, impeciit, nec quisquam alius *dictum monasterium* pro eadem curia impetere presumat ulterius vel gravare. Et contencio, que inter *ipsum monasterium* et me super *filio Jacobi,* qui dicitur *Johannes,* vertebatur, taliter est decisa, quod idem famulus *ipsi monasterio* jure proprietatis cum omni posteritate sua perpetuo adherebit. Et tam ego quam frater meus Fridericus titulum, quod vulgo dicitur gewerschaft, de ipso famulo exhibebimus in judicio, si ad hoc de jure fuerimus requisiti. Et in hujus contractus testimonium hanc cartulam sigilli mei munimine ac eciam nominibus testium roboravi. Datum et actum in *Novacella* anno dominice incarnacionis M. CC. XCII., Indictione quinta. Testes sunt hii: Dominus *Heinricus, sacerdos de Castelrut,* testis et cooperator hujus negocii, dominus *Hainricus de Salecke, Chunradus Schülkge, Otto de Sal, Albertus de Turri, Nicolaus, Sivridus pellifex, Georius pistor* et alii quam plures. (Registrat. vet. tom. I. fol. 270ᵃ.)

CCCLXXIV.

Anno 1292. — *Litera cessionis litis super una urna vini, de curia Tal solvenda.*

Universis Christi fidelibus tenore presencium innotescat, quod lis et contencio diutina, quam ego *Herrandus de Putz* in *Gradena novecellensi monasterio* movi contendendo cum ipso pro una urna vini, mihi annuatim solvenda ex donacione *Ruperti Maulrapponis* de curia *dicti monasterii Tal,* mediantibus domino *Willehalmo, canonico et cellerario ejusdem monasterii,* et aliis providis et honestis viris, taliter est decisa, quod sepe *dictum monasterium* mihi quinque galvaias siliginis et quindecim libras veronensium parvulorum pro dicta solveret cessione. Facta autem est hec renunciacio anno domini M. CC. XCII. in *Clusinis* in domo *Perchtoldi Salzman* in presencia testium rogatorum, quorum nomina sunt hec: *Hainricus, vicarius de Castelrut, Luipoldus de Teis, Fridericus de Guvedun, Hertwicus de Clusina, Albertus de Velne* et alii quam plures. Et quia sigillum proprium non habebam, presentem cartam sigillo *nobilis viri Remberti de Sabiona* obtinui roborari. (Registrat. vet. tom. I. fol. 270ª, fol. 270ᵇ.)

CCCLXXV.

Anno 1293. — *Duo mancipia sancte Marie offeruntur.*

Pateat omnibus, quod *Chunradus Trautvis, filius domine Alheidis,* dedit *gloriose virgini Marie in Novacella* super publicum altare anno dominice incarnacionis M. CC. XCIII., in die nativitatis ipsius domine et virginis Marie duo mancipia, videlicet *Chunradum et Chunigunt, sororem ipsius Chuonradi,* in presencia testium rogatorum, quorum nomina sunt hec: *Chuonradus, Henricus de Aichach, Ortolfus, Heinricus, Warwunt, Henricus de Prunne, Egler, Jacobus de Sewen,* omnes de *Nauces, Rubertus, molendinator de Stilfes, Henricus, macellator de Brixina* et alii multi. (Lib. testament. fol. 57ᵇ.)

CCCLXXVI.

Anno 1293. — *Litera fidejussionis seu caucionis XX marcarum, monasterio novecellensi debiturum, pro quibus curia in Nidernhäusern a monasterio prefato est redempta.*

Anno incarnacionis domini M. CC. XCIII., in vigilia apostolorum Simonis et Jude, Nos *Chunradus, prepositus ecclesie*

inticensis, et *Willehelmus*, *fratres de Schöneck*, solliciti de salute et canonica sepultura domini *Friderici*, *pie memorie fratris nostri*, dominum *Petrum*, *novecellensem prepositum*, accessimus una cum dominis et amicis nostris, domino *Heinrico et Ekkehardo*, dictis *de Gernstain*, et aliis providis et discretis viris, petentes, ut quod ante promiserat per suas literas, perduceretur laudabiliter ad effectum; ipse vero *prepositus novecellensis* ob reverenciam domini *Meinhardi*, *illustris ducis Karinthie*, et eciam nobilium predictorum in hunc modum nostris precibus consenserat, videlicet quod pro curia in *Niderhäusern*, per ipsum dominum *Fridericum* olim *ecclesie novecellensi* vendita et fructibus inde postmodum detentis, viginti marcas usuales *dicto monasterio* ad certos terminos persolvendas curemus sub caucione fidejussoria, quam caucionem prestiterunt *Wolfingus de Schöneck*, *Nicolaus*, *quondam judex in Mulbach*, *Ekkehardus de Gernstein*, *Willehelmus de Schönech* et *Chunradus*, *prepositus inticensis*, *dictus de Schöneck*. Adhuc tenemur dare et invenire caucionem de triginta libris Veronensium, antequam sepultura domini *Friderici supradicti*, *fratris nostri*, in aliqua ecclesia veniat vel procedat. Datum *Brixine*. (Registrat. vet. tom. II. fol. 272ª.)

CCCLXXVII.

Anno 1293. — *Litera permutacionis curie ze Haus pro curia ze Ulstern, ita quod eadem curia ze Haus post mortem Nicolai de castro sancti Michaelis cedat monasterio novecellensi.*

In gotes namen Amen. Ich *Niklas von Sand Michelspurch* thun allen den chunt, dy disen prieff sechent oder hörend lesen, das ich mit dem *erbern convent unser frawe Sancte Marie da ze der Newenstifft* ainen wechsel han gethan mit dem *Hove da ze Ulster* umbe den *Hoff da ze Hous*, der under *Räsen* leyt, und han auch ich durch meiner sele wille und meiner *hausfrawen*, *frawen Agnesen* und aller unser vordern disen vorgenanten *Hof ze Hous* dem *Goteshause da zu der Newenstifft* aigenlaiche und vrileich wider gegeben mit solchem gedinge, das ich denselben Hoff sol haben ze meinem leibe alaine, dy weil ich lebe und zu ainem urchunde, das derselb Hoff des *Gotshauss da ze der Newenstifft* rechtes aygen sey, sol ich geben *dem selben Gotshaus* alle iar ein pfenwert wachs zu unser frawen cherze, dy weil ich lebe, und nach meinem tode sullen sy den selben

Hoff ze rechte aygen haben. Das dize dingk state und veste sey, so han ich es gevestent mit dem willen und dem Insigel meines herrn grave *Albrechts von Görz* und mein und meines *pruder Ulreichs*. Dizze ding ist geschechen anno M. CC. XCIII. Des sint gepeten gezeugen: Herr *Rembrecht von Eberstain*, herr *Dyetrich* und sein *pruder Fridreich und herr Purchart von sand Michelspurch*, und *Hainrich der Jude von Neusan* und andre Leute vil. (Registrat. vet. tom. II. fol. 264^{b}.)

CCCLXXVIII.

Anno 1295. — *Litera Meinhardi, ducis Karinthie pro defensione bonorum monasterii novecellensis.*

Pateat universis, ad quos presentes pervenerint, quod nos *Meinhardus, dei gracia Karinthie dux, Tyrolis comes, aquilegiensis, tridentine et brixinensis ecclesiarum advocatus*, racione advocacie virum honorabilem, amicum meum karissimum, dominum *Petrum, prepositum Novecelle prope Brixinam*, unacum capitulo suo, familia, possessionibus et rebus singulis et universis, ipsi *preposito* attinentibus, quocunque nomine censeantur, in nostre defensionis recipimus presidium speciale, mandantes nostris officialibus et judicibus universis, ut auctoritate et nomine nostro ipsorum personas, res et honores tueantur in omnibus et conservent et ea omnia, que in ipsorum dispendium sunt a quocunque distracta sine debito racionis, ad usus dicti *domini prepositi* debeant vice nostra in integrum revocare et tam provide in execucione hujus mandati se tenere, ne de sua imprudencia per nos arguantur vel eciam puniantur. In hujus defensionis testimonium atque robur presentes dari jussimus, nostri pendentis sigilli munimine consignitas. Actum et datum in castro *Tyrol* anno domini M. CC. LXXXXV. (Original. pergam. in archiv. Neustift.)

CCCLXXIX.

Anno 1296. — *Homines ad sanctam Mariam in Novacella pertinentes.*

Noverint universi Christi fideles, quod, facta cum *Chuonrado de Monte* et *consobrino suo Friderico* divisione sex puerorum, *beate virgini Marie in Novacella* condicione servili in partem *Matheus, Mynigo et Diemuot* cesserunt, ei cum omni posteritate sua perpetuo adhesuri. Anno dominice incarnacionis M. CC. XCVI., dominica, Quasi modo geniti.

CCCLXXX.

Anno 1296. — *Litera resignacionis juris, quod Ulricus de Velturns habuit in curiam Wegschaid et in quodam agro ad monasterium novecellense.*

Ich *Ulreich von Velturns* tun allen den chund, die disen Brief ansehend, das ich mich fürzicht han getan aller der ansprache und alles des rechtes, das ich han gehabt an einem acker und an dem *hofe ze Wegschaide* gen *den herren ze der Newstift* und han ze ainem urchunde und zu ainer stätigkeit mein Insigel an disen Brief gehengt. Dis geschach *ze Velturns* vor dem *Wideme*, da engagenwartig waren, herr *Hainreich, der Spitaler von Chlausen*, herr *Hainreich, ain Chorherre von Trinden* herr *Chunrat, ain Briester, Hainreich Platerli, Ebeli von Hofe, Chunrat Raissach, Peter, der Leutgebe, Hainreich, der Schuster, Hainreich, der Weber*, und ander gezeuge genug. Nach Christes geburt über Tausent und zway hundert Jar in dem sex und Newntzigisten Jar. (Registrat. vet. tom. I. fol. 37^{b}.)

CCCLXXXI.

Anno 1296. — *Litera, qua curia Wegschaid per prepositum Novecellensium data est conventui ibidem pro anniversario Tagenonis de Vilanders peragendo.*

Ut rerum gestarum series posterorum noticiam non effugiat, testium et literarum remedium utiliter est inventum. Omnibus igitur Christi fidelibus innotescat, quod nos *Petrus, prepositus novecellensis*, de unanimi consensu *fratrum nostrorum curiam nostram Wegschaide*, in parochia *Velturnes* sitam, *conventui novecellensi* dedimus et assignavimus, speciali provisione perpetuo retinendam, ita ut in anniversario *Tagenonis de Vilanders*, qui in extremis suis eandem curiam *ecclesie nostre* ab remedium anime sue legavit taliter, ut octo libre Veronensium de proventibus ipsius curie fratribus dividantur, reliquas vero, que de ipsa curia provenerint, ad officinam, que dicitur infirmaria, pro consolacione fratrum debilium decrevimus et volumus pertinere et consistere in manu unius *fratrum nostrorum*, quem ad hoc ipsi *fratres nostri* elegerint. Hanc autem donacionem ad infirmariam fecimus pro eo maxime, quod dominus *Philippus, dilectus noster, plebanus in Velles*, octo marcas usuales in necessitate maxima

nobis dedit, videlicet cum pro gravi subsidio XV marcarum domino *episcopo nostro*, *Landulfo*, persolvendo, periculum excommunicacionis et interdicti nos urgeret. Acta sunt hec in *Novacella* anno domini M. CC. LXXXXVI., IX. Indictione (Registrat. vet. tom. I. fol. 37ᵇ.)

CCCLXXXII.

Anno 1296. — *Litera donacionis curie Stainwent in Schallers.*

In nomine domini Amen. Anno domini M. CC. XCVI., in die sancti Michaelis archangeli, Indictione IX., in presencia dominorum, videlicet *Eberhardi, summi prepositi, Hainrici Ruveinerii, Hainrici de Rischon, canonicorum brixinensium, Hainrici de Matray, Ekkehardi de Gernstain, Chunradi de Monte Ekkehardi de Vilanders, Chunradi de Utenried, Friderici de Layan, Hainrici cellerarii, Gotschalci Stuveler, Gotschalci Gamache* et aliorum proborum, fide dignorum testium rogatorum, ego *Alheidis, relicta quondam Reimberti de Voytsperch,* et *Albertus et Wilhelmus, filii mei et predicti Reimberti,* unanimi consensu, consilio et voluntate coheredum et parentum nostrorum curiam nostram, que dicitur *Staynwent,* in monte *Schallers* sitam, cum omnibus suis pertinenciis *novecellensi monasterio* donavimus et tradidimus, jure proprietatis perpetuo tenendam et possidendam, hoc excepto, quod tres persone, videlicet ego *Alhaidis et Albertus et Wilhelmus, filii mei,* locacionem et culturam predicte curie tenebimus pro tempore vite nostre et in signum proprietatis et vere possessionis dicte *novecellensi ecclesie* unam galetam olei in purificacione sancte Marie singulis annis persolvemus. Post obitum vero nostrum trium videlicet mei *Alheidis et filiorum meorum Alberti et Wilhelmi* dicta curia ad sepedictam *novecellensem ecclesiam* cum armentis et omnibus suis pertinenciis cultis et incultis libere et sine omni contradictione convertetur, hac adjecta condicione, ut *prepositus et conventus dicte novecellensis ecclesie* corpora nostra, videlicet quinque personarum trium predictarum et duarum filiarum mearum, *Mechtildis et Elisabet,* ubicunque inter duas dietas ab ipso *novecellensi monasterio* obierimus, in propriis laboribus, vecturis et expensis recipient et honorifice sepelient, nostri et domini *Hainrici,* nunc defuncti, et ibidem sepulti, memoriam aput deum in perpetuum fideliter singulis annis peracturi. Et ut hec firma et inconvulsa per-

mancant, presentem paginam ego *Alheidis* sigillo *filii mei Alberti* et sigillis *dominorum de Gernstain* in testimonium evidens et cautelam volui roborari. Acta sunt in *ecclesia novecellensi* anno et die ut supra. (Ex arch. Neustifft sul. Lit. S. S.)

CCCLXXXIII.

Anno 1297. — *Missiva Ottonis, Ludovici et Heinrici, Karinthie ducum, pro tuicione et defensione monasterii novecellensis.*

Otto, Ludovicus et Heinricus, dei gracia duces Karinthie, comites Goricie et Tyrolis, fideli eorum dilecto *Petro Trautsun* salutem et omne bonum. Quia honorabilem virum, dominum *prepositum totumque conventum ecclesie novecellensis* in nostram recepimus graciam et defensionis presidium speciale, volentes, ut nostra tuicione plena securitate in rebus et personis gaudere debeant atque frui, mandamus tibi firmiter et districte, quatenus predictos, dominum *prepositum et ejus conventum* nostro nomine manuteneas, protegas et defendas ab injuriis, insultibus et violenciis quorumcunque. Volumus eciam, ut ejusdem tuicionis auctoritatem, tibi per nos concessam, alteri, te absente committere debeas plenius ac districte. Datum in *Clusa Sabione* anno domini M. CC. LXXXXVII., Indictione X. (Registrat. vet. tom. I. fol. 53ª.)

CCCLXXXIV.

Anno 1297. — *Litera donacionis curie Aycheky in Weitental ad monasterium novecellense per dominum Reimbertum de Schöneck pro anniversario peragendo.*

Universis Christi fidelibus presentibus innotescat, quod ego *Rembertus de Schonneck* et heredes mei dominice incarnacionis anno M. CC. XCVII., quarto Nonas Maii, Indictione X., in presencia testium infrascriptorum ob remedium anime *uxoris mee, videlicet Agnetis, filie domini Jacobi de castro sancti Michaelis,* dedi libere, hoc est sine omni advocacia et exactione qualibet *novecellensi monasterio ad usus fratrum,* inibi deo serviencium ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, curiam meam *dictam an dem Aycheck in Weydental* sitam, ita ut *conventus dicti monasterii* singulis annis dicte ac dilectissime *defuncte uxoris mee Agnetis* diem anniversarium non omittat. In cujus

donacionis testimonium presentem cartam sigilli mei munimine roborari. Nomina testium sunt hec: *Chunradus et Johannes, fratres mei, Nicolaus de castro sancti Michaelis,* consobrinus meus, qui est testis et fidejussor premisse donacionis, et *Ulricus, frater ejus, consobrinus meus de Resen, Dyetmarus de castro sancti Lamberti, Fridericus de castro sancti Michaelis, Wolfingus de Schöneck, Heuzze de Chiens, Fridericus, dictus Maulrappe, Ulricus, filius Paldmari, Paldmarus, frater suus* et alii quam plures, fide digni. (Registrat. vet. tom. II., fol. 275[b].)

CCCLXXXV.

Anno 1297. — *Litera donacionis cujusdam curie in Vals per dominum Fridericum de Rodanch.*

Noverint omnes Christi fideles, quod ego *Fridericus de Rodanch, ministerialis ecclesie brixinensis, novecellensi monasterio* et usibus *fratrum* inibi deo serviencium curiam quondam *uxoris mee Alhaidis* pie memorie, *sitam in Valles,* quam incolit *Stephanus,* ob remedium anime mee ac predicte uxoris mee tradidi cum omnibus pertinenciis ejus, cultis et incultis, jure proprietatis perpetuo possidendam, presertim cum prefata quondam *uxor mea Alhaidis* prenotata curiam fidei mee comiserit, dictam curiam *novecellensi monasterio* post obitum ejus de suis rebus dotalibus assignandam et tenendam libere, pacifice et quiete. Et ne quidquam de premisso tam uxoris mee quam meo testamento, licite ac honeste facto, in dubium veniat, presentem cartam sigilli mei munimine ac nominibus testium roborandam curavi, quorum nomina sunt hec: Fratres *Dietwinus et Franciscus, ordinis fratrum minorum, Fridericus de Nauders, Gotschalcus, sacerdos, Hainricus de Lyn, Chunradus, dictus prepositus, Gerboto de Mulbaco, Ulricus de Nauders, Chunradus, cellerarius, Vingerle* et alii quam plures fide digni. Actum et datum in *Rodanch* anno domini M. CC. LXXXXVII., XIV. kalend. Septembris. (Registrat. vet. tom. III. fol. 28[a], fol. 28[b].)

CCCLXXXVI.

Anno 1298. — *Litera Alberti, Goricie et Tirolis comitis, protectionis hominum et bonorum monasterii novecellensis.*

Nos *Albertus, Goricie et Tyrolis comes, aquilegiensis, tridentine atque brixinensis ecclesiarum advocatus,* literis presentibus publice

profitemur et ad noticiam modernorum quam posteriorum cupimus devenire, quod nos pre oculis habentes grata et fidelia servicia, que a *monasterio Novecelle aput Brixinam* nobis prestita sunt, suscepimus et adhuc suscipimus *ipsum claustrum suique homines, prepositum, canonicos ibidem eorumque officiales*, quocunque nomine censeantur, in nostram defensionis protectionem et gubernacionem. Injungimus igitur tibi, *Reimberte de Schöneck, nunc provinciali judici nostro in Pustrissa valle*, aliisque successoribus tuis in eodem judicio, universis officialibus, judicibus, prepositis aliisque hominibus, viris nobilibus et ignobilibus quibuscunque, ne *ipsum monasterium, rectores suos et alios servitores et homines ipsius monasterii* in aliquo aggravent vel molestent, sed *dictum monasterium* ejusque bona, res et homines vobis habeatis fideliter commissa, defendendo *prepositum, monasterium*, bona, res et homines ipsius secundum quod possibilitatis facultas postulabit. In cujus rei evidenciam et stabilem firmitatem ipsi monasterio *Novecelle* presens instrumentum dari jussimus, nostri pendentis sigilli munimine consignitum. Actum et datum *in Sunburch* anno domini M. CC. LXXXXVIII. (Original. pergam. in archiv. Neustifft.)

CCCLXXXVII.

Anno 1298. — *Litera donacionis curie in Gruben auf Törenten ad monasterium novecellense per dominum Ubricum de Raesen pro duobus anniversariis singulis annis peragendis.*

In gotes namen Amen. Ich *Ulreich von Räsen*, Herrn *Jacobs sun von sand Michelspurg*, vergihe an disem priefe und tun chunt, das ich mit meines lieben Herren willen *Graven Albrechtes von Görtz und von Tyrol* den *Hoff in Gruben auf Törint* gegeben han auf *unser frawen Kloster und gotshaus datz der Newnstift pey Brichsen derselben pruderschaft und convent;* und sullent die vorgenanten *korherren* nach meinem tode zwir in dem Jar meiner sele und meiner hausfrawen und anderr meiner vordern sele gedenchen. — Dises dinges sint gezeugen: Herr *Jacob, Pfarrer von Phallentz*, Herr *Perchtold von Mayges*, der *korherr von der Auwen pey potzen*, herr *Haukch, der Purchgrave ze Lüntz*, herr *Perchtold von Namlach, Chunrad und aver Chunrad, meins Herrn schreiber von Görtz, Raymbrecht von Schöneck* und ander piderve leut vil. Das ist geschehen in *palacio*

aput Schöneck nach Cristes gepurd M. CC. LXXXXVIII. (Registrat. vet. tom. II. fol. 43ª.)

CCCLXXXVIII.

Anno 1299. — *De censu quatuor urnarum vini neglecto.*

Noverint universi fideles Christi, quod nos *Albertus, dei gracia prepositus Novecelle*, unacum *fratre et canonico nostro, domino Hermanno de Bitego*, et famulis nostris *Pircherio, officiali nostro in Latzvons et Vilanders, Chunrado, dicto Phipher, Heinrico, dicto Prugel* et *Nicolao scolari* et *camerario nostro, dicto Lengensteiner*, associato nobis honorabili domino *Heinrico, hospitalario in Clusena* et *canonico brixinensi*, ascendimus montem *Vilanders* ad *Tegnonem juvenem, filium quondam Heinrici ibidem*, et ad tutorem ejusdem jam dicti juvenis *Tegnonis*, et repetivimus neglectum censum quatuor urnarum vini, que nobis singulis annis in perpetuum solvi debentur de curia vinaria in *Berbian* ex testamento sive donacione quondam *Tegnonis, patrui predicti juvenis Tegnonis*. Et sepe dictus juvenis *Tegno* atque tutor suus, dominus *Jacobus, nobilis et illustris ac strenuus miles de Rubin*, auditis hinc inde nostris peticionibus et attestacionibus, pecierunt a nobis de retentis remissionem et indulgenciam, eo-quod maliciose non fuerint retenta, quam libere dedimus, recepta promissione fideli ad manus nostras vice sacramenti, quod nobis et *ecclesie nostre novecellensi* de cetero in perpetuum sine omni contradictione plenarie persolvantur, ut supra dictum est, singulis annis. Hujus rei testes sunt supradicti, videlicet dominus *Jacobus Rubiner*, dominus *Heinricus, hospitalarius clusenensis* et *canonicus brixinensis*, dominus *Albertus de Voitsperch, canonicus brixinensis, Randoldus, judex de Trostperch, Flascho, Heinricus, filius quondam Reimberti, Heinricus Litgebe* et *Huzo, servus dicti domini Jacobi Rubinerii* et *Gotschalcus de Gravetsch* et comitiva nostra predicta et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini M. CC. LXXXXIX., V. Non. Julii, hoc est pridie sancti Udalrici, episcopi et confessoris. (Lib. testament. 56ª.)

CCCLXXXIX.

Anno 1299. — *Litera pro quibusdam pascuis, obtentis ad curiam in Pach auf Gereut.*

Et ego *Chunradus Veringer de Tegernse, Clericus frisingensis dyocesis,* publicus imperiali auctoritate notarius, nec non Scriba juratus Capituli ecclesie Brixinensis, predictis videlicet literarum apostolicarum presentacioni, recepcioni, lectioni ac commissionis et mandati apostolici execucioni, approbacioni, confirmacioni ac omnibus aliis et singulis prescriptis unacum supranotatis testibus et notario prescripto, dum sicut premittitur, fierent et agerentur, presens interfui eaque omnia sic fieri vidi et audivi et ad mandatum prelibati domini episcopi brixinensis me propria manu subscripsi atque meis, signo, nomine et cognomine, solitis et consuetis, unacum subscripcione Notarii publici et scribe prescripti nec non maioris Sigilli prememorati domini Episcopi brixinensis appensione consignavi in maius testimonium, fidem et evidenciam omnium premissorum. (Registrat. vet. tom. I. fol. 93^{b}, 94$^{a, b}$.)

DCXLII.

Anno 1388. — *Litera empcionis curiarum ze Peyn in Thörenten a domino Joachim de Vilanders per dominum Nicolaum, prepositum Monasterii novecellensis.*

Ich *Joachim von Vilanders* vergich und tun chunt offenleich mit diesem prief für mich und für all mein erben, das ich hingeben und verchaufft han recht und redleich und mit wolverdachtem mut mit meiner lieben *wirtin Ursen* guten willen und wort dem Ersamen, gaistleichen Herrn, *Herrn Niclas, Probst ze den zeiten ze der Newnstift,* und seinem *Convent daselbs* und

allen iren nachkomen die zway gut für rechts aygen, die gelegen sindt *ze Peyn auf Törnten,* das ain in dem *Moss,* das ander in der *Huben* —, umb zwaintzikch Markch perner guter und gewonleicher Meraner müntz und zal —. Des zu ainem urchund der warhait geben wir in disen brief, versigelten mit meins *vorgenanten Joachims* anhangendem Insigl; dar zu han ich vorgenante *Urs, sein wirtin,* gepeten den erberen man, *Jacoben, den Chirchmayr von Ragen,* das er auch sein Insigl an disen prief gehengt hat im an schaden. Des sind getzeugen: *Ulreich von Sulzpach* und *Steffan, der Chünig von Erenpurg,* und *Nikkel, der Gruber,* und *Benedittel von Gereut* und *Francisk des Gabriels Sun,* meins vorgenanten *Joachims* diener, und ander erber leut vil. Das ist geschehen nach Christ gepurt drewzehen hundert iar und darnach in dem acht und achtzigistem jar. (Registrat. vet. tom. I. fol. 77ª.)

DCXLIII.

Anno 1389. — *Litera donacionis curie, quam colit Pönreich in Pühel nec non agri in Trüns ad Monasterium novecellense per Diemut Huberin pro quadam provisione sibi facta ac anniversario ejus annuatim peragendo.*

Ich *Diemut, die alt Huberin von Elves,* vergich und tu kunt allermännikchleich mit disem offen brief für mich und für all mein erben, das mir der Erwirdig, mein genediger Herr, *Brobst Niclas ze derNewnstift* yetzund in meinen grossen nöten zehenthalb mark zalperner beraite gegeben hat, dar zu hat er mir mit sambt seinem Convent verhaissen und versprochen, das sy mir jerikchleich ze sand Marteins tag geben süllent aus dem *Closter* fünfzig käs, das ich dester pas beleiben und hinkömen müg. Und wen got über mich gepeut, so süllen sy mich erberkleich bestatten mit ainem guldein tuch auf mein par ze legen und mit singen und mit lesen, als darzu gehört; und süllen mich in irem *Chreutzgank* legen und mir jerikleich darnach meinen jartag begen als zu andern jartagen sitleich und gewondleich ist, und darumb sol ain yegleicher *Brobst ze der Newnstift* dem Convent geben fünf phunt perner. Und umb die vorgeschriben trew und guttat und ze vödrist durch got und unser lieben frawen willen und auch durch meiner und aller meiner vodern selen hayl willen hab ich mit guter vorbetrachtung und mit Rat erber leut dem wirdigen *Gotshaus unser frawen ze der*

Newnstift geben, geaichent und ingeantwurt mein aygenleich gut, das gelegen ist ze *Pühel* und das yetzund paut *Berchtold, der Pönreich,* mit weingart, mit Äkkern, mit allen nützen, pesserung und gesuchen und mit allem dem und darzu gehört, und auch meinen Akker, genant der *Prunnakker,* der ze *Trüns* gelegen ist. — Und des ze ainem urkund der warhait han ich vorgenante *Diemut* gepeten die erberen man, *Hans von Seben* und *Ulreich, den Sebner auf Reifenstain,* das Si ir Insigl gehengt haben an disen brief in an allen schaden. Des sind gezeugen: *Georg von Seben auf Velturns, Peter, der Flasch ze Vilanders, Hainreich, der Tölzner, zu den zeiten Richter ze der Newnstift, Hans, der Kamrer von Brixen, Hainreich Wardekker von der Newnstift, Gebhart von Nätz* und ander erber leut vil. Das ist geschehen nach Christ gepurt drewzehen hundert jar, darnach in dem newn und achtzigistem jar. (Registrat. vet. tom. II. 193 [a, b].)

DCXLIV.

Anno 1389. — *Litera recognicionis, quod dominus Georgius de Vilanders dederit ad Monasterium novecellense sua mancipia, precipue autem Ulricum Kakernel de Vilanders.*

Ich Peter, der Lengauer, ze den zeiten Richter auf Vilanders, an meins Herrn, *Herrn Jörgen stat von Gufedaun,* vergich und tun kunt offenleich mit dem brief allen den, die in ansehent oder hörent lesen, das ich allen den für mich poten han von meins herrn, des Haubtmans geschäfft und von gerichtswegen, an die sich der erwirdig *Probst Niklas von der Newnstift* und sein *korherren* zugen von *Jacoben, des Fürdrär* wegen, als meins herrn, des Haubtmans brief laut; und darumb hab ich zugesprochen des ersten *Hainreich, dem Payrer* und darnach *Cassian von Chost,* und *Laurein von Sauders* und *Engelein von Winkel* und *Ulreichen, dem Lindner* und *Jacoben, dem Unterrayner* und *Ulreichem, dem Chyremdelin* und *Hartman von Strass, all ab Vilanders;* und darumb hab ich die gesworen auf *Vilanders* und ander erber leut zu mir genomen, die das von in gehört habent, das sy das in ain also gesagt habent, sy haben es von iren vätern und von iren alt vodern hören sagen, Es sey *Haintzel von Posnakch* und *Ulreich Kakernel* recht prüder gewesen, unverzigen anderr irer geschwistrid; da sey *Haintzel*

von Posnakch mit rechtem tayl der aigenschaft angevallen Herrn *Hainreich von Trostperch*, so sey *Ulreich von Kakernel* mit rechtem tayl der aigenschaft angevallen Herrn *Jörgen von Vilanders*, ze den *zeiten Richter ze Gufedaun;* und hab der *selb Jörg von Vilanders* den und ander sein aigen leut geschaft zu dem *Erwirdigen Gotshaus zu unser frawen gen der Newnstift*, und sind auch in demselben leumund allweg also her komen. Und das in das also war und gewissen sey, darumb so haben die obgenanten erber leut gestalt ayd hintz got und hintz den heiligen gesworen. Und darüber zu ainem urkund der warhait gib ich obgenanter *Peter, der Lengauer,* den brief als ain Richter von gerichtswegen, versigelten mit meinem anhangendem Insigl, das ich an den brief gehangen hab mir an schaden. Der sach sind zeugen und sind auch pei dem sagen gewesen: *Chunz von Snauders, Engel von Werenher, Hans, der Newnhauser, Michel von Vallein, Hainreich, der Scheltner, Nikkel von Desvalt, Chassian aus dem Wald, Görig, des Chirein sun, Ulreich, der Wärdiger, Hainreich von Chaplung, Haintz von Aychach* und ander erbär leut genug. Das ist geschehen, da man zalt von Christes gepurt drewzehen hundert jar, dar nach in dem newn und achtzigistem jar, des nächsten Eritags vor sand Marteins tag. (Registrat. vet. tom. II. fol. 299[a, b].)

DCXLV.

Anno 1389. — *Litera permutacionis curie Schyders in Pusakch pro media vinea Plonker in Albeins, quam dominus Johannes de Berchtersgaden, episcopus brixinensis, hic sepultus, monasterio novecellensi dedit.*

In nomine domini Amen. Nos *Fridericus, dei gracia episcopus ecclesie brixinensis,* publice recognoscimus et fatemur, cupientes constare omnibus, tam presentibus quam futuris, quod pro utilitate nostra et ecclesie nostre de consilio et consensu venerabilium in Christo, *domini Johannis de Chyens, decani,* tociusque Capituli nostri brixinensis curiam nostram, *dictam Schiders,* que pluribus annis inculta jacuerat, nihil solvens, et quam discretus vir, *Johannes Griessel,* a nobis in feodum receperat cum magnis laboribus excolendo et inde nobis vini urnam unam singulis annis serviendo, cum honorabilibus et religiosis, *domino Nicolao, preposito, totoque Conventu ecclesie novecellensis,*

ordinis Canonicorum regularium sancti Augustini nostre dyocesis, utique nostris dilectis et devotis, rite ac racionabiliter permutavimus nec non harum serie literarum legitime ac de bona consciencia permutamus pro media vinea, *dicta Plonker in Albeins*, quam pie recordacionis dominus *Johannes de Perchtersgaden*, tunc *brixinensis episcopus*, ex propria industria comparaverat et eidem *Monasterio Novecelle*, in quo est sepultus, in memoriam sue sepulture donaverat. — In quorum fidem omnium et testimonium presentes dedimus literas, nostro et dicti Capituli nostri Sigillis pendentibus communitas. Datum et actum *Brixine* die decima mensis Decembris Anno domini Millesimo Trecentesimo Octuagesimo nono, Indictione duodecima. (Registrat. vet. tom. III. fol. 5^{b}, 6^{a}.)

DCXLVI.

Anno 1390. — *Litera permutacionis curie Tschivinges circa Sprechenstain pro curia in Ülstern, data ad Monasterium novecellense sine advocacia et pabulacione.*

Ich *Chunrat, der Trautsun von Sprechenstain*, vergich und tun chunt aller männigleich mit disem offen brieff für mich und für alle mein erben umb mein gut, das gelegen ist ze *Ulster pey sand Ulreich* und paut *Rudel von Ulster* und stosst stuckchweis an des *gotshaus gut von der Newenstift*, dy der selb *Rudel von Ulster* und der *Planer* von in habent, und das mein rechts aygen und unbechumerts gut ist und frey von aller vogtay und futrung —, das ich das selb gut mit wolbedachtem mut verwechselt hab mit dem ersamen und gaistleichen *Herrn Probst Niklasen* und dem *Convent ze der Newnstift* umb den hof genant *Tschivinges*, der gelegen ist an dem Purgperchk pey meiner *veste Sprechenstain* —. Und des ze ainem urkund der warhait gib ich obgenanter *Chunrat, der Trautsun*, in disen brieff, versigelten mit meinem aigen anhangendem Insigel. Des sind auch gezeugen: *Jacob, der Mayr von Ragen ze Prauneck, Jacob aus Afers* und *Hainreich, der Guffner von Stertzingen* und ander erbär leut genug. Das ist geschehen nach Christ gepurt drewzehen hundert jar, darnach in dem Newntzigistem iar am Phintztag nach Sand Jacobs tag. (Registrat. vet. tom. II. fol. $265^{a, b}$.)

DCXLVII.

Anno 1390. — *Litera, quod dominus Nicolaus Gerloch, canonicus regularis Monasterii novecellensis, debet habere equalem hereditatem cum aliis suis fratribus et sororibus.*

Ich *Gerloch von Pilgrätz, purger ze Praunekg,* und ich *Anna, sein wirtin,* verjehen und tun kunt offenleich mit disem brief für uns und für all unser erben, das wir unsern lieben sun *Niklein* des geweist und gepeten haben, das er sich hat lassen weihen und phaff ze machen in *dem Gotshaus ze der Newnstift;* dazu hab wir im versprochen und verhaissen und darauf bestät haben auf gleichen erbtail, das der vorgenant unser *sun Nikle* geleich als vil erben sol als der andern unser sün ainer, es sey aigen oder lehen und alles das gut, das wir da lassen, nicht auszenemen, wie das alles gehaissen oder genant ist oder wa es gelegen ist. Und was dem vorgenanten unserm *sun Niklein* lehen gut ze taile würde, das sol im ye das eltist vortragen, im an schaden. Und des zu ainem urchund der warhait geb wir im disen brief, versigelt mit meins vorgenanten *Gerlochs von Pilgrätz* aigen anhangendem Insigel. Dar zu han ich vorgenante *Anna, sein wirtin,* auch gepeten den erbären man, *Hainreich, den Chäfflein, zu den zeiten Richter ze Praunekg,* das er auch sein Insigel an disen prief gehengt hat im an schaden. Des sind gezeugen: *Jacob, der Chirchmayr von Ragen, Paul, der Händl, Ulreich Täntsch von Praunekg* und ander erbär leut vil. Das ist geschehen nach Christi gepurd drewzehen hundert jar und in dem Newntzigisten jare an sand Symon und Judastag. (Registrat. vet. tom. III. fol. 279[a, b].)

DCXLVIII.

Anno 1391. — *Instrumentum super resignacionem ecclesie in Chyens per dominum Johannem de Goricia factam.*

In nomine domini Amen. Anno a nativitate ejusdem Millesimo Trecentesimo Nonagesimo primo, Indictione XIII., die vero undecima mensis May, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri *Bonifacii,* divina providencia pape VIII., anno secundo, in nostrum notariorum ac testium infrascriptorum presencia personaliter constituti, honorabilis et circumspectus vir, *dominus Johannes, quondam incliti domini Hainrici,*

comitis de Goricia, filius, presbyter Aquilegensis dyocesis, et honestus et discretus vir, *Hainricus Walch, laicus Tridentine dyocesis,* qui *Hainricus* habens et tenens in manibus suis quandam literam sigillatam, quam dicto honorabili viro, *domino Johanni,* manualiter dedit et presentavit proferens et dicens hec verba: Reverende *domine Johannes,* requiro et rogo vos, ut intencionem vestram super contentis in dicta litera velitis ex certa sentencia declarare. Mox et in continenti dictus dominus *Johannes* dictam literam manualiter et de facto cum maturitate et reverencia, qua decuit, ad se recepit et perlegit atque sigillum intuitive et studiose perspexit. Quo facto dictam literam nobis notariis publicis dedit et assignavit adjungendo hec verba vel similia: Vos dominos, *Gerhardum et Berchtoldum,* notarios publicos, per juramenta vestra requiro et invoco, ut literam presentem per me vobis traditam, quam recognosco ex certa sciencia fore sigillo meo proprio sigillatam et ex mera voluntate mea et bona consciencia in timore dei et via justicie, nullo scilicet hoc requisito, factam, datam et traditam fuisse Reverendo in Christo patri, *domino preposito Monasterii sancte Marie ad Gracias, alias novecellensis,* pro resignacione ecclesie parochialis ad sanctum *Petrum in Chyens,* que ad *Monasterium novecellense* spectat; et semper fuit, est et erat intencionis mee, maxime pro salute anime mee contenta in eadem adimplere et affirmare in quibuscunque locis, in judicio vel extra et coram quibuscunque personis pro tunc prout ex nunc et eciam nunc prout ex tunc affirmo et approbo nec ab eadem intencione recedere volo nec intendo, sic deus me adjuvet et virgo Maria, supplicans et requirens vos, ut supra, ut ipsam in publicam formam redigatis, quam pro affirmacione et intencione mea in dicta litera contenta et jam prolatis et supradictis potestis meliorem. Quam quidem literam nos *Gerhardus et Berchtoldus* recepimus ac communiter et divisim primo, secundo et tercio tociens quociens perlegimus et sigillum pro ejus descripcione inspeximus, invenientes ipsum sigillum in cera communi viridis cere aliqualiter mistulata figure rotunde in pressula pergamenea pendenti, cujus figura ymaginum et literarum circumferenciarum, ut prima facie apparebat, fuit talis: In medio figure rotunde est quidam clipeus, aliqualiter elevatus, et in eodem clipeo apparet quedam media ymago regalis quasi ad umbilicum magis elevata, gerens in capite suo coronam et in

manu dextera sceptrum et in sinistra figuram pomi rotundi et desuper crucem, et de subtus illius ymaginis quedam figura quasi medii leonis simili modo ymaginis elevata et in circumferencia dicti clipei in modum rotundum sunt scripte litere in hec verba: S. *Johannis de Goricia, plebani in Phaltz.* Quibus sic visis, perspectis et descriptis dictas literas in presentem publicam formam reduximus, prout nos supra dictus *dominus Johannes* requisivit, presentibus honorabilibus et discretis viris, domino *Johanne Fogler, presbytero Pataviensis dyocesis, Werenhero Chräss, clerico Moguntinensis dyocesis* et *Joanne Tulbek* de *Monaco,* clerico frisingensis dyocesis, pro testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Tenor vero litere, de qua supra fit mencio est talis: Universis et singulis, presentem literam inspecturis, notum sit per presentes, quod ego *Johannes de Goricia,* presbyter Aquilegensis dyocesis etc; (omnia usque ad finem uti Nr. CXXII.)

Et ego *Gerhardus Salmanni de Francenfordia,* clericus Magutinensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissarum requisicioni literarum, presentacioni ac intencionis declaracioni, omnibus aliis et singulis premissis unacum notario infrascripto ac testibus supra scriptis presens interfui eaque sic fieri, ut premittitur, vidi et audivi et in notam recepi, de qua hoc presens publicum instrumentum cum *magistro Berchtoldo,* notario similiter hic subscripto, concepi ac signo et nomine, meis solitis et consuetis, cum infra scripto *magistro Berchtoldo* signavi, aliis occupatus negociis per alium fideliter conscriptum, in fidem et testimonium omnium premissorum.

Et ego *Berchtoldus,* quondam *Conradi,* Clericus pataviensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, premissarum requisicioni literarum, presentacioni ac intencionis declaracioni, omnibus aliis et singulis premissis unacum notario ac testibus supra scriptis presens interfui eaque, sicut premittitur, fieri vidi et audivi et in notam unacum

dicto *magistro Gerhardo* recepi, de qua hoc presens publicum instrumentum, per alium fidelem scriptum, aliis occupatus negociis, cum ipso concepi et me hic subscripsi ac nomine et signo, meis solitis et consuetis, signavi in fidem et testimonium omnium premissorum. (Registrat. vet. tom. II. fol. 236[a, b].)

DCXLIX.

Anno 1391. — *Instrumentum aliud resignacionis jurium, que dominus Petrus Hangenower pretendebat se habere in ecclesia parochiali in Chyens alias in Phalzen.*

In nomine domini Amen. Anno nativitatis ejusdem Millesimo Trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quarta decima, die prima mensis Junii, hora vesperarum *Novacelle* in stuba *domini Nicolai, prepositi Monasterii sancte Marie novecellensis, ordinis sancti Augustini, Brixinensis dyocesis,* Pontificatus sanctissimi patris in Christo et domini nostri *Bonifacii, divina providencia pape VIIII.* anno secundo, in mei notarii publici et testium subscriptorum presencia personaliter constitutus honorabilis et discretus vir, *dominus Petrus Hangenauer,* pretendens se habere jus in *ecclesia sancti Petri in Chyenes,* Brixinensis dyocesis, tamquam vacante racione *domini Johannis de Goricia, presbyteri Aquilegensis dyocesis,* qui eandem ecclesiam ad tempus aliquod indebite occupabat. Quibus *dominus Nicolaus, prepositus Monasterii novecellensis,* suo ac nomine *Monasterii predicti* illico contradixit producens certa, approbata et autentica munimenta, literas et privilegia tam apostolicorum quam ordinariorum loci videlicet *Alexandri, pape III., Innocencii, pape II., et Innocencii, pape III.,* item *Episcopi Hartmanni, episcopi Brunonis, episcopi Friderici presentis,* nec non alia instrumenta et privilegia quam plura. Quibus quidem literis, instrumentis, et privilegiis perlectis et sane intellectis *prefatus dominus Petrus* fatebatur, se legitime fore edoctum, quia prius non fuerit bene informatus et quia nunc clare ex predictis literis et privilegiis intelligeret, quod *prenominata ecclesia in Chyens* minime vacaret et quod predictus dominus, *Johannes de Goricia,* ad eandem ecclesiam fuerit immissus et intrusus per vim et potestatem domini *Mein-*

hardi, Comitis de Goricia, patrui sui, canonicis tamen provisione seu collacione minime subsecutis. Insuper ipse dominus *Petrus prefatus* publice recognovit, quod ex tenore literarum et privilegiorum premissorum ac aliis documentis legitimis sufficienter esset edoctus, quod *prefata ecclesia sancti Petri in Chyens* sit canonice unita et incorporata *Monasterio sancte Marie in Novacella* prefato eamque a tanto tempore, cujus contrarii memoria non existit, tenuerunt et possederunt, prout tenent et possident pacifice et quiete, quidquid in eadem ecclesia ad eorum pertinet presentacionem, *Canonici dicti Monasterii* per dyocesanum loci in perpetuos vicarios instituti ecclesieque ipse per ejusdem *Monasterii Canonicos* hactenus gubernate et recte extiterunt, prout gubernantur et reguntur eciam de presenti, licet propter paucitatem canonicorum interdum per clericos et presbyteros seculares, per prepositum et Conventum predictos presentatos ecclesia predicta per nonnulla tempora fuerit gubernata. Et quia prefata unio et incorporacio de predicta *ecclesia in Chyens prefato Monasterio,* ut premittitur, facta, per sanctissimum in Christo patrem, *dominum Urbanum,* recolende memorie *pape VI.,* de novo est confirmata cum supplecione et reformacione omnium defectuum, si qui per interrupcionem possessionum vel alias qualitercunque intervenerint in eisdem, quapropter hujusmodi probacionibus et documentis legitimis per dictum *dominum Petrum* receptis et visis, auditis et bene intellectis singulis et omnibus viva voce renunciat asserens, se nullum jus habuisse nec habere in *ecclesia sancti Petri predicta in Chyens* nec ulterius velle petere seu postulare in ecclesia vel ad *ecclesiam sancti Petri predictam* nec quidquam in antea contra dictam ecclesiam per se vel interposita persona velle attemptare in Romana curia vel extra; recognoscit eciam publice, se de juribus, exempcionibus, libertatibus ac *privilegiis dicti Monasterii* tempore impetracionis penitus nihil scivisse. De quibus omnibus prescriptis prefatus *dominus prepositus* peciit, sibi fieri unum publicum instrumentum per me notarium subscriptum. Acta sunt hec Anno, Indictione, die, mense, hora, loco et Pontificatu, quibus supra, presentibus honorabilibus, religiosis et discretis viris, dominis, *Georio Heuss, Leonhardo, plebano in Nätz, canonicis regularibus Monasterii novecellensis, Colomanno, presbytero de Puocha, Magistro Thoma de Lignitz* et

Ottone Kintener, testibus, et aliis pluribus fide dignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego *Conradus Veringer de Tegernse*, Clericus frisingensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, predictis, assercioni, contradictioni, privilegiorum ac aliarum literarum productioni, renunciacioni omnibusque aliis et singulis predictis unacum prenotatis testibus presens interfui et sic, ut premittitur, vidi et audivi, meque aliis occupato negociis, per alium fidelem scribi feci, et me hic propria manu mea subscripsi meisque, signo et nomine, solitis et consuetis, signavi rogatus et requisitus in fidem et majus testimonium premissorum. (Registrat. vet. tom. II. fol. 237[a, b].)

DCL.

Anno 1392. — *Litera donacionis curie am See in Nätz ad Monasterium novecellense per Hainricum Tölzner pro anniversario suo peragendo.*

Ich *Hainreich der Tölzner*, vergich aller männikleich mit disem offen Brieff für mich und für all mein erben, das ich dem Erbirdigen, meinem *genedigen Herrn, Probst Niclasen zu der Newnstift, seinem Gotshaus daselbs* und allen seinen nachkomen geben und geschaffen han mein aygen gütlein, gelegen *ze Nätz* und ist genant an *dem See* —, das mir mein jartag alle jar, wie der gevall, davon pegangen werde. — Mit urkund ditz brieffs, den ich in darumb gib versigelten mit meins vorgenanten *Hainreich Tölzner* anhangendem Insigel. Des sind getzügen: *Herman, der Aichhorn, Wolfhard, der Zobel von Gufedaun, Gerhart, der Gerhart von Brixen, Symon von Turnretsch ab Ellen, Hainreich der Rost*, und ander erbär leut vil. Das ist geschehen nach Gots gepurd drewzehen hundert jar und darnach in dem zway und Newntzigistem jare. (Lib. lit. domus infirm. fol. 38.)

DCLI.

Anno 1392. — *Litera, quod dominus prepositus Nicolaus fecit plenam racionem Capitulo Monasterii novecellensis de perceptis IIII annorum.*

Nicolaus, decanus, totusque Conventus Monasterii sancte Marie in Novacella, Canonicorum regularium ordinis sancti Augustini, dyocesis brixinensis, Notum facimus tenore presencium universis, quod Venerabilis in Christo pater et dominus noster, dominus *Nicolaus, noster et prefati Monasterii prepositus,* juxta consuetudinem *ejusdem nostri Monasterii* hactenus observatam nobis fecit racionem sufficientem de omnibus et singulis per eum perceptis per quatuor annos immediate precedentes, et inventus est, res *Monasterii nostri* fideliter collegisse et in usus nostros et ejusdem Monasterii nostri utiliter et debite expendisse. Fecit autem Summa perceptorum suorum per tempus prefatum Marcas mille trecentas Septuaginta tres veronensium, Summa vero expositorum fecit Marcas mille, trecentas octuaginta tres. Et sic defalcata remanencia preterite racionis et omnibus aliis defalcandis domus remansit sibi obligata in marcas quadraginta, de quibus tenetur omnia debita per eum hucusque contracta undique expedire. In quorum testimonium presentes literas nostro capitulari Sigillo fecimus communiri. Acta sunt hec anno domini M. CCC. LXXXXII., quarta die Septembris. (Registrat. vet. tom. III. fol. 281ª.)

DCLII.

Anno 1393. — *Bulla Bonifacii VIIII., quod omnes religiosi, cappellani sedis apostolice, debent obedire suis superioribus.*

Bonifacius, episcopus, servus servorum dei, ad futuram rei memoriam tenorem quarundam literarum felicis recordacionis *Gregorii, pape XI., predecessoris nostri,* in Registro Cancellarie nostre et ejusdem predecessoris repertum de registro ipso de verbo ad verbum transcribi et ad *dilecti filii Nicolai, prepositi Monasterii Novecelle,* per prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Augustini, Brixinensis dyocesis, supplicacionis instanciam, asserentis, se hujusmodi literis indigere, presentibus annotari fecimus, qui est talis: *Gregorius, episcopus, servus servorum dei,* ad perpetuam rei memoriam. Ad Romani pontificis providen-

ciam circumspectam, sic sedis apostolice privilegia et indulta moderari, pertinere dinoscitur, quatenus ex eis materia malignandi nulli detur ac persone, que sub religionis habitu vacare debent studio pie vite, a bono obediencie et a perseverancia divini servicii nullatenus retrahantur. Sane nuper ad nostrum relacio fide digna perduxit auditum, quod nonnulli religiosi, eciam mendicantes, qui in cappellanos sedis apostolice se recipi procurarunt, propterea bonum obediencie et correccionem recusantes per mundum et ut plurimum sine suorum superiorum licencia sepius evagando discurrunt et, quandocunque ad Romanam curiam accedunt, asserentes, sine hujusmodi superiorum licencia se hoc facere posse. Nos igitur in premissis, prout ex debito tenemur pastoralis officii, salubriter providere cupientes auctoritate apostolica tenore presencium statuimus, volumus et eciam ordinamus, quatenus omnes et singuli religiosi quorumcunque ordinum eciam mendicancium, dicte sedis cappellani qui sunt et in antea erunt, perinde eorum superioribus et correccioni ipsorum in omnibus et per omnia sint subjecti ac si predicte sedis cappellani non essent, non obstantibus exempcionibus et aliis quibuscunque privilegiis, indulgenciis et graciis ac literis apostolicis, cappellanis dicte sedis vel alias communiter vel divisim sub quacunque forma vel expressione verborum a dicta sede concessis, vel in posterum concedendis, eciam si de illis plena et expressa mencio ac de verbo ad verbum in presentibus sit habenda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitucionis, voluntatis et ordinacionis infringere vel ei ausu temerario contra venire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum, se noverit incursurum. Datum *Avinione* VI. Idus Novembris Pontificatus nostri anno III. Ceterum ut earundem literarum tenor sic insertus omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, auctoritate apostolica decernimus, ut illud idem robur eamque vim eundemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales litere supradicte et eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quandocunque et ubicunque sive in judicio sive alibi fuerit exhibitus vel ostensus et eidem stetur firmiter in omnibus, sicut eisdem originalibus literis staretur, si forent exhibite vel ostense. Per hoc autem nullum jus alicui de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Nulli

ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitucionis et voluntatis infringere vel ausu temerario contra ire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum, se noverit incursurum. Datum *Rome* apud sanctum Petrum X. kalendas Aprilis Pontificatus nostri Anno quinto. (Originale in Archiv. neocellensi.)

DCLIII.

Anno 1394. — *Litera Alberti, ducis Austrie, confirmans et includens donacionem Alberti, comitis de Tyrol, pro monte in Comicia in Räs prope Monasterium novecellense.*

Wir *Albrecht, von gots gnaden Hertzog ze Oesterreich, ze Steyr, ze Kernden und ze Krain, Graf ze Tyrol,* Bechennen, das der erber gaistleich, unser lieber *andächtiger Niklas, Brobst des Gotshaus zu der Newnstift,* pey *Brixen* gelegen, für uns pracht ainen brief, der in latein geschriben was, den weilent *Graf Meinhard, Graf ze Tyrol und ze Görtz, seinem Gotshaus* über etleiche guter, gnad und freyung gegeben hat, den wir gesehen haben gantzen und unvermayligten an geschrift und Insigl, und pat uns dyemütikchleich, das wir im und dem egenanten *seinem Gotshaus* dieselben brief und gnad geruchten ze ernewen, bestätigen und ze vesten. Haben wir geschafft den selben brief von latein ze Teutsch ze bringen, der lautet, als hernach geschriben stet. In Christ namen Amen. Wir *Meinhard, Graf ze Tyrol und ze Görtz,* veriehen mit disem brief, das wir gesehen und verhört und auch bewert haben den Brief der Gabe unsers *Enen, Albrechten säliger gedächtnuss,* des *Grafen ze Tyrol,* die er der *kyrchen zu der Newenstift* durch seiner sel hail willen getan hat, das wir den selben Brief gesehen haben nicht beschaben noch durchstrichen noch an chainem tail bechrenkchet, halt unstrafberleichen, in der laut als hernach geschriben stet. In Christs namen Amen. Chunt sey getan Allermännikchleich, Gegenbürtigen und künftigen, das mit gunst und willen des Erwirdigen *Bischof Hainreichs von Brixen* der Edel und durchleuchtig *Graf Albrecht zu Tyrol und auch vogt,* dem *kloster* gegeben und verlihen hat alles das, was *dasselb kloster und sein leut* ausgereuten, gephlanzen und ze pau bringen mügen an ekchern, an weingarten, an wisen und an allen andern neureuten des *perges und der Grafschaft ze Räs,* mit willen herrn

Arnolts von Rodnikch, der die selb Grafschaft von dem vorgenanten *Grafen* ze lehen het, und auch mit gantzen willen und gunst der gantzen gemayne des perges, reicher und armer, Edler und unedler, Ritter und gepaur. Und sind das die zyl und gemerkchte der vorgenanten gabe, Nämleich alles, das da ist under dem gemainen *weg ze Schaufs* unz an den fluss *des Eysaks ze Orkenloch,* und alles, das da ist under *Elves,* unz *gen Chränbitach* und hin wider unz an den fluss des vorgenanten wassers. Und das das nyemand nachmalen versuch oder getürr übervaren oder zerprechen oder die *kyrchen ze der Newnstift* an derselben gab betrüben oder beswären in den vorgenanten gemerkchten wider unser vorvordern und diser unser gabe krefftigung oder nütz mit auflegung kuppel, Herberg, Steur, benöttung, oder sy ze beswären mit mauren, gestaine, kalchs, paus oder holtzes, oder das man yeman ziche aus den vorgenanten gemerkchten oder von dem hausgesind *der kyrchen* für gericht ausserhalb *des klosters,* hat den vorgenanten herren wolgevallen ir Insigel ze hengen an disen Brief. Und seind wir vorgenanter *Graf Meinhard* die *kyrchen zu der Newnstift* mit nutzperkchait güttiger andacht begern ze versehen, haben wir ir alles das, das in dem vorgenanten brief mit guttat der gab und freyung gemaynleich oder sunderleich begriffen ist mit sampt demselben brief verhaissen, gesetzt und gepoten ze behalten an alles übervaren, und vernewen, vervesten und bestäten auch den oftgenanten brief Mit urchund ditz briefs und mit bewarung unsers Insigels und auch mit namen der getzeugen. Und sind des getzeugen: *Hainreich von Rotenburg, Jacob von Reyffneck, Hainreich Aufenstainer, Jacob von sand Michelspurg, Fridreich von Rodnik, Fridreich und Reimprecht, gebrüder von Schonnekg* und auch ander vil. Geben und geschehen ze Mülbach nach Christs gepurde zwelfhundert jar und in dem Newn und Sibentzigisten jar in dem Sibenden zaichen am Sibenden tag des ingeenden moneids Junii. Haben wir obgenanter *Hertzog Albrecht* des *vorgenanten Brobst Niklas* fleissig und dyemutig pet angesehen und haben got ze Lob und ze Eren und uns und unsern vorvodern und nachkomen ze trost und ze hilff die vorgenanten brief und gnad, als die von wort ze wort da oben geschriben stent, von sundern gnaden ernewet, bestätigt und gevestent; ernewen, bestätigen und vestigen die auch wissentleich mit dem gegenburtigen unserm brief, Also das wir und

all unser erben und nachkomen Sy pey allen den briefen, gnaden und freyung gemainleich und bey yegleich besunderleich, als die oben geschriben und gemelt sind, süllen und wellen beleiben lassen und sy da pey genadikchleichen schirmen und halten an alles gevär. Und gepieten auch unsern getrewen, lieben, allen unsern Hauptmannen, Grafen, Freyen, herrn, Rittern und Knechten, Phlegern, Purckgrafen, Richtern und Purgern und allen andern unsern undertanen und getrewen, das sy den obgenanten Brobst und all sein nachkomen und das *egenant sein Gotshaus* pey den vorgeschriben iren briefen beleiben lassen und da wider nicht tuen noch gestaten ze tuen in chainer weis, wan wir das ernstleich maynen. Und des ze urchunde und warer bestätigung Geben wir in den brief, versigelten mit unserm anhangendem Insigel, der geben ist ze *Wienn* an Phintztag nach sand Pangrätzen tag Nach Christi gepurt drewzehen hundert jar, darnach in dem vier und newntzigisten Jare.

Dominus dux per dominum Anthonium, prepositum wiennensem. (Originale in Archiv. neocellensi.)

DCLIV.

Anno 1395. — *Litera empcionis unius urne vini et omnium jurium, que domini de Wolkenstain habebant in quadam vinea Rotmaur in Gufidaun pro marcis VIII ad Monasterium novecellense.*

Ich *Fridreich und ich Hans, paid prüder von Wolkchenstain,* wir verjehen als zwen gewaltig Gerhaben unsers pruders *Chinder Etzleins* säligen, für uns und für all unser erben und tun chunt offenleich mit dem brief allen den, die in an sehent oder hörent lesen, das wir hingeben und verchauft haben ain üren weingelts für ain freyes, aigen, lediges und unbechümberts gut aus dem weingarten, genant *die Rotenmaur,* und darzu alle die recht, die unsers egenanten pruder säligen chinder von irem egenanten vater gehabt habent —, dem Erbirdigen, gaistleichem herrn *Probst Niklasen, Probst ze der Newnstift,* und allen sein nachkomen umb acht mark guter und gaber meraner müntz —. Und das in allen das stät, gantz und unzerprochen beleib, geben wir *vorgenant prüder von Wolkchenstain,* als gewaltig gerhaben an der vorgenanten unsers pruder säligen chinder stat, in des unsern offen brieff, versigelten mit unser

paider *prüder von Wolkchenstain* anhangenden Insigeln. Der sach sind zeugen: *Michel und Hanns, paid brüder von Wolkchenstain, Hans von Pogen, Ulreich Harder, Ott von Toissing, Hainreich Walich von Metzan, Michel von Lyenpach, schreiber ze Chlausen,* und ander erbär leut genug. Das ist geschehen Nach Christes gepurth drewzehen hundert jar, darnach in dem fünf und Newntzigistem jar an Suntag ze mitter vasten. (Registrat. vet. tom. I. fol. 314[a, b].)

DCLV.

Anno 1395. — *Litera empcionis curie Mulputsch in Padrats ad Monasterium novecellense.*

Ich *Linhard, der Schenkch von Metz,* zu den zeiten *Phleger auf dem Stain an dem Ritten,* und ich *Barbara, sein hausfraw,* veriehen und tun kunt mit disem offen brief allen den, die in ansehent oder hörent lesen, für uns und für all unser erben umb unsern *Hof ze Padratz in Velturner gericht,* nämleich den garten und das haus zu dem Paumgarten, das weilent der *Mulputsch* gepauen hat —, das wir den recht und redleich hingeben und verchauft haben dem erwirdigen herrn *Probst Niklasen und dem Convent zu der Newnstift* und dem *Kloster unser lieben frawen daselbs* und allen iren nachkomen umb vier und viertzig markch zalperner. — Und des zu ainem urchund der warhait und das das alles stät und vest beleib, was vor geschriben stet, hab ich vorgenanter *Lienhart Schenkch* mein Insigel an disem brieff gehengt und durch meror sicherhait willen hab ich mit sambt der vorgenanten *meiner wirtin Barbara* fleissikchleich gepeten den Edlen, meinen lieben *Swager, Fridreichen von Wolkchenstain,* das er sein Insigl auch zu dem meinen an disen brief gehengt hat im an allen schaden. Des sind gezeugen: der edel *Hanns von Wolkchenstain,* mein Swager, *Gerhart von Brixen, der jung, zu den zeiten Phleger auf Salern, Niklas, der Gruber, zu den zeiten Richter ze der Newnstift, Balthasar, der Mäusel, purger ze Brichsen, Michel, der Samer von Värn,* und ander erbär leut vil. Das ist geschehen nach Christi gepurd drewzehen hundert jar, darnach in dem fünf und newntzigistem jare. (Registrat. vet. tom. III. fol. 128[a, b], 129[a].)

DCLVI.

Anno 1396. — *Litera Leupoldi, ducis Austrie, confirmans omnia privilegia omnium antecessorum suorum, specialiter XX marcarum in antro dandarum Monasterio novecellensi.*

Wir Leupolt, von gots gnaden Hertzog ze Oesterreich, ze Steyr, etc., Tun kunt allen den, die disen Brieff an sehent oder hörent lesen. Als wir von der Ordnung wegen unserr lande, So wie wir und unser lieber *Bruder Hertzog Wilhalm* nach unsers lieben herren und *vettern, Hertzog Albrechts* säligem, tode überain worden sein, alle recht, freyhait und gnad, der man uns beweiset mit unsern vodern Priefen in den landen unserr verwesung und ausrichtung von newen dingen vernewen und bestäten, Also haben wir dem erberen, gaistleichen, unsern lieben *Andächtigen Kapplan, Brobst Niclasen von der Newnstift pey Brixen, seinen Korherren und dem gotshaus daselbs* durch des fleissigen gotsdienst willen, den sy stätikchleichen mit gantzer andacht und lobleich volpringent, als das wol kuntleich ist, ewichleich vernewt und bestättet, vernewen und bestätten auch wissentleich mit disem brief, als ain *Graf ze Tyrol* und *herr an der Etsch und in dem Intal,* Alle hantvesten, briefe und urchund, alle freyhait, Recht und gnad, die in von den alten fürsten und fürstinn, Grafen und Gräfinn, Herren und *frawen ze Tyrol, an der Etsch und in dem Intal* gegeben sind; und sunderleich den Brief und gnad, die sy von *Graf Hainreich weilent von Görtz habent* umb die XX markch, die in järleich gevallen süllent von der Mautt an dem *Lug;* Die selben brief und was in auch unser vodern säligen, *Chunig Fridreich von Rom, Chunig Hainreich von Peheim, Hertzog Johans von Kernden* und *Marggraf Ludweig von Brandenburg* bestätigt habent. Darzu prachten sy für uns aine hantvest, die in gegeben hat unser lieber *vetter, Hertzog Rudolff Säliger,* und die mit seinem grossen Insigl und mit underschrift sein selbs hande gestercht ist; und aber ainen andern brief, den in unser lieber *vater, Hertzog Leupolt* säliger gedächtnüss, hat gegeben, da mit sy in auch all ir hantvesten und brief und die egenant *gült an dem Lug* vernewt und bestättet habent, Also das die vorgenant hantvesten und priefe in allen Artikeln und bünten, die darinn begriffen

sind, angeverd stät und unzerbrochen beleiben süllen ewikchleichen, und das wir und unser erben Sy und ir gotshaus schyrmen uud halten wellen bey den egenanten freyhaiten, Rechten und gnaden, die Sy bey unsern vordern habent herpracht. Davon enphelhen wir allen Hauptleuten, Lantherren, rittern und knechten, allen Purggrafen, Phlegern, Richtern, Mautteren, Zollnern und andern unsern Amptleuten, gegenwürtigen und künftigen, und allen unsern undertanen, wie die genant sind, das sy das obgenant *gotshaus ze der Newnstift* wider dise gegenwurtige unser bestätigung nicht irren noch phrengen in dehainen weg ungeverleich. Und des ze pesser sicherhait und ainem waren und offenem urchund diser sache haben wir unser Insigl haissen henkchen an den brief, der geben ist ze *Stertzingen* an Suntag vor sand Veitstag nach Christs gepurt drewzehen hundert jar, darnach in dem Sechs und newntzigistem jare. (Originale in Archiv. neocellensi.)

DCLVII.

Anno 1397. — *Litera resignacionis omnium jurium de curia Rotenstain per dominum Sigismundum von dem Nidern tor in Bozano.*

Ich Sigmund, weilent Arnolts sun von dem Niderm Tor ze Potzen, vergiche offenleich mit disem briefe für mich und alle mein erben und tun kunt allen den, die disen offen brief an sehent oder hörent lesen, das ich durch meiner und aller meiner vodern sel Hail willen mutwillichleich und unbetwungen mit ewiger fürzicht aufgeben han alle mein recht und ansprache, die ich han oder in dehainer weise gehaben mochte an dem *Hofe ze Rotenstain, gelegen bey Puntnofe,* die mit rechten töden von weilend meiner seligen muter und zu rechtem tail von meinen geswistriden mir gevallen sind —, dem erwirdigen und gaistleichen *Herrn Probst Niclas ze der Newnstift, seinem gotshaus* und allen seinen nachkomen. — Mit urchund ditz briefs, den ich *obgenanter Sigmund* darumb gibe mit meinem aigen anhangendem Insigl. Das ist beschehen nach unsers lieben Herren Jesu Cristi gepürt drewzehen hundert iar und in dem Siben und Newntzigistem jare. (Registrat. vet. tom. I. fol. 156[a, b].)

DCLVIII.

Anno 1397. — *Litera empcionis IIII urnarum vini de curia Nider Gersay in parochia Vels ad Monasterium novecellense.*

Ich Kathrein, weilent Treutleins tochter von Purtzschyl, und ich *Bartholome und ich Nikel, ir sün,* verjehen alle drey unverschidenleich für uns und für all unser erben und tun kunt, das wir hingeben und verkauft habēn recht und redleich, durchslehts, so es ewikleichen aller pest kraft gehaben mag, vier üren weingelts guts weins aus unserm aygen Hof, der gehaissen ist der *nider Gersay* und ist gelegen ze *Vells in dem Ryed,* und stosst oben daran des *Fras gut von Vells* und an der undern seyten der *Herschaft gut von Tyrol* und an ainer seyten des *Schenkenbergers* gut, — dem erwirdigen, unserm genedigen Herrn *Brobst Niklasen zu der Newnstift* und *seinem Gotshaus* und allen seinen nachkomen umb Sechzehen markch perner guter und gewönleicher meraner müntz. — Und des zu ainem urchund der warhait haben wir den erberen, unsern lieben Herrn, Herrn *Hansen, den Velser von Vels,* gepeten, das er sein Insigel an disen offen brief gehengt hat durch unser fleissigen pet willen im und seinen erben an schaden. Des sind getzeugen: *Hans von Seben ze Raifenstain, Geori von Seben ze Velturns, Oswalt von Velsekke, Joachim, der Fras, Peter ab der Huben, Michel Wainer, Michel Züppel, Johans, der Newwirt, Christel, der Rot,* und ander erber leut genug. Das ist geschehen nach Christi gepurd drewzehen hundert jar, darnach in dem Siben und Newntzigistem jar. (Registrat. vet. tom. I. fol. 166[a, b], 167[a].)

DCLIX.

Anno 1397. — *Litera empcionis variarum curiarum, in plebe Vels sitarum, ad Monasterium novecellense per dominum Nicolaum prepositum.*

Ich *Ärbe der Schenkenberger,* vergich für mich und für all mein erben und tun kunt allen den, die disen offen brief ansehent oder hörent lesen, das ich hingeben und verkauft han für frey, ledig und aigne gut und unbechümert von männikchleich, die hernach geschriben stent. Des ersten das gut ze *Obervells in der Mulgrey ze sand Laurenzen,* das *Hänsel, der Züppel,* paut, und stosst daran der *Obermayerhof* und giltet mir derselb hoff alle iar vier üren weingelts Botzner mas und ain

viertail flaisch von ainem Castraun und *meiner Swester Agnesen* vier üren wein. Darnach der hof ze *Mitterpomay,* gelegen ze *Obervells in sand Laurenzen Mulgrey,* den *Paul von Pomay* paut; an dasselb gut stosst des *obern Mayrs* anger und underhalb der gemain weg und giltet mir derselb hof iärikleich ain fuder weingelts Botzner mas und *meiner swester Agnesen* auch ain fuder wein und weisod; Und ainen hof, gelegen *ze Vells,* den der *Waltman* paut, und dient mir und *meiner swester Agnesen* halben wein und zwaintzik ster chorngelts und ain gans und ain kütz, zway hüner und viertzig ayr; Darzu anderhalb üren weingelts von *Petern ab der Huben* aus ainem weingarten, haisst *Rentschendei* und ist gelegen in *unser frawen Mulgrey ze Vells* und giltet meiner vorgenanten *Swester Agnesen* auch anderhalb üren wein; Dar zu han ich auch hingeben und verkaufft ain hofstatt, die gelegen ist hinder der *kyrchen ze Vells* und ist gehaissen auf dem *Weinachten* und leit vor des *Fras haus von Vells.* — All die gut hab ich hingeben und verkauft dem Erwirdigen Herrn *Brobst Niklasen, Brobst zu der Newnstift und seinem gotshaus* und allen seinen nachkomen umb zwo und newntzig zalperner guter und gäber meraner müntz. — Und des zu ainem urchund der warhait hab ich vorgenanter *Ärbe, der Schenkenberger von Schenkenberg,* mein aigen Insigl gehengt an disen offen brief und durch meror sicherhait han ich gepeten *Oswalden den Velsekger von Velsekg,* das er sein Insigl auch daran gehengt hat im an schaden. Des sind gezeugen: *Hainreich von Ried, Richter ze Vells, Hanns von Plätsch, Hanns, der Pfründner von Potzen, Pauls, der Geltinger, und der alt Gall, Burger ze Brixen, Michel Wayner, Michel Zyppel, Hans Züppel von Vels* und ander erbär leut genug. Das ist geschehen nach Christs gepurt drewzehen hundert jar, darnach in dem Siben und newntzigisten jar. (Registrat. vet. tom. III. fol. 191[a, b], 192[a, b].)

DCLX.

Anno 1398. — *Litera nove incorporacionis ecclesie in Essnikch per archiepiscopum Salzburgensem, ut anniversarius suus singulis quartis et quintis feriis quatuor temporum modo certo infrascripto peragatur sub pena V florenorum, qualibet vice Capitulo brixinensi solvendorum.*

Gregorius, dei gracia Sancte Saltzeburgensis Ecclesie Archiepiscopus, Apostolice sedis Legatus, Omnibus in perpetuum. Quia

dudum Reverendus in Christo pater, *dominus Ulricus,* felicis recordacionis quondam *Saltzburgensis ecclesie Archiepiscopus,* predecessor noster, Ecclesiam parochialem in *Azznikch,* nostre dyocesis, cujus collacio ad ipsum et *ecclesiam Saltzburgensem* spectabat pro tunc, dum per mortem *Conradi de Rodankch* vacabat, *Preposito et Capitulo Monasterii novecellensis,* canonicorum regularium, ordinis sancti Augustini, brixinensis dyocesis, legitimis ex causis donavit, incorporavit perpetuo regendam et possidendam, prout in literis super eo confectis plenius continetur, Et quia per sinistram cujusdam *Wintheri, tunc brixinensis ecclesie canonici,* in ipsius Ecclesie intrusionem prefati, *Prepositus et Capitulum novecellense,* in ejusdem ecclesie in *Azznikch* possessione violenter sunt adeo prepediti, quod ipsius ecclesie collacio ad *Archiepiscopum Saltzburgensem* pro tempore denuo fuit et est devoluta *in ejusdem Monasterii* non modicam jacturam et detrimentum, Nos igitur pensantes fidelia servicia, que olim *prepositi et Capitulum Monasterii novecellensis* predecessoribus nostris, Archiepiscopis et ecclesie nostre Saltzburgensi retro actis temporibus ut plurimum impenderunt, prout ex tenore literarum nobis super eo exhibitarum comperimus evidenter, considerantes eciam sincere devocionis affectum, quem dilecti in Christo *Nicolaus, nunc novecellensis prepositus,* et *capitulum suum* cum gratitudine *nobis et Capitulo nostro Saltzburgensi* liberaliter ostenderunt, ipsius *Nicolai, novecellensis prepositi,* quem speciali favore prosequimur, peticionibus favorabiliter annuentes ac pensata donacione predecessorum nostrorum, Dilectorum nobis in Christo *Eberhardi, prepositi, Engelmari, decani, tociusque capituli Ecclesie nostre Saltzburgensis* accedente consensu, prefato *Nicolao, preposito, et Capitulo novecellensi* donavimus, donamus et unimus per presentes ex certa sciencia, prehabita deliberacione matura, consilio ejusdem nostri Capituli, tenendum et perpetuo possidendum jus patronatus Ecclesie parochialis in *Azznikh* memorate ita videlicet, quod cedente vel decedente nunc Rectore *Ecclesie in Azznich Prepositus Monasterii novecellensis,* qui pro tempore fuerit, unum *presbyterum Monasterii sui professum et canonicum* nobis et successoribus nostris, eciam in antea perpetuo, quocienscunque dictam ecclesiam canonice vacare contigerit, habeat legitime presentare et quod presentato eidem ejusque successoribus de fructibus *dicte Ecclesie in Azznikh* taliter provideat, quod statum ibidem congruum pro subditorum

regimine habere et jura episcopalia et legatorum sedis apostolice valeat supportare, quodque residui fructus ejusdem ecclesie cedant *memorato preposito* et *Monasterio novecellensi* suisque successoribus in usumfructum et evidentem utilitatem taliter, ut de eisdem annuatim et perpetuo secundum prefati *Nicolai prepositi,* ordinacionem singulis quatuor temporibus propter divini cultus augmentum et pro anime nostre, predecessorum successorumque nostrorum et omnium fidelium defunctorum animarum salute dies anniversarius per ipsos, *Prepositum et Capitulum novecellense,* in *ipsorum Monasterio* hoc modo peragatur, quod feria quarta ante Vesperas vigilia novem lectionum cum laudibus et sequenti die, feria quinta, Missa pro defunctis devocius decantetur, hac pena adjecta, quod si et in quantum ipse prepositus et capitulum et successores eorum in exequendo et peragendo diem anniversarium, quod absit, negligentes fuerint, ex tunc, quocienscunque hoc contigerit, tociens dilecto in Christo *preposito, decano et Capitulo brixinensi* eorumque successoribus ad solucionem quinque florenorum, inter se legitime dividendorum, omni excusacione et contradictione postposita, ipse *prepositus et Capitulum novecellense* eorumque successores perpetuo teneantur. In cujus rei memoriam et testimonium presentes literas nostri et Capituli nostri Sigillorum appensione duximus roborandas. Data et acta sunt hec *Salisburge* decima die Decembris Anno domini Millesimo, Trecentesimo, Nonagesimo Octavo. (Registrat. vet. tom. I. fol. 285[a, b].)

DCLXI.

Anno 1398. — *Litera empcionis turris circa ecclesiam parochialem in Vels.*

Johannes Hagendorn, in decretis licenciatus, subexecutor nec non collector subsidii cum facultate percipiendi decimam partem omnium fructuum beneficiorum ecclesiasticorum, secularium seu regularium, exemptorum seu non exemptorum, in provinciis seu civitatibus, dyocesibus, terris et locis nacionis germanice, tocius provincie, Trevirensis nec non Basiliensis et Leondinensis dyocesum et civitatum sub Romano imperio consistencium Serenissimi et invictissimi principis, dei *gracia Romanorum regis, semper Augusti,* a sanctissimo in Christo patre et domino nostro, domino *Martino, divina providencia pape V.,* facti et generose indulti —, fateor et in veritate per presentes recognosco, mihi nomine, quo supra, ac racione subsidii prelibati de fructibus, proventibus et obvenientibus *Monasterii novecelle, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini,* brixinensis diocesis, de anno domini Millesimo CCCC. XVIII. spectantibus, totaliter et integraliter ac realiter satisfactum. Quam ob rem dictum dominum *prepositum et Conventum Monasterii predicti vulgo zu der Newnstift* ac ipsius *Monasterium predictum* quitto, absolvo et liberum dimitto, in signumque premissorum et evidens testimonium Sigillum meum proprium duxi appendendum. Datum et actum in *civitate Brixinensi* anno domini Millesimo CCCC. XVIII. (Registrat. vet. tom. III. fol. 282[a].)

DCCIX.

Anno 1419. — *Litera judiciaria Capitanei provincie pro quibusdam gravaminibus curie in Schrekpühel et pignoribus ibidem receptis restituendis.*

Ich Wilhalm von Matsch, Graf ze Chirchperg, Haubtman an der Etsch und des pistums ze Triend, bekenn und tun kunt offenleich mit disem brief. Als ich auf heut das Hofrecht besass und rechtet an stat des durchleuchtigen, Hochgeporen fürsten, *Hertzog Fridreichs, Hertzogen ze Oesterreich,* da cham für mich *Herr Christoffel Chorherr zu der Newnstift,* und chlagt durch seinen zusprechen, *Herman Wirtel von Meran,* an stat seiner obristen gen herrn *Christoffeln Fuchs,* wie das er ir pauleut, auf iren *hofen ze Schrekpühel* gesessen, die in das gericht ze *Eppan* gehören, mit holtzfüren und andern ungewonleichen diensten, die si zu dem Haus *Altenburg* tun müssen, genöttet und si darumb ze unrecht gepfendet hiet, und begerte, ich sol si an stat meiner *genädigen Herschaft* pey iren alten freyhaiten und gewonhaiten behalten, da mit das si und ire arme läut hinfür solicher ungewonleicher dienste erlassen wurden nach laut und sag irer briefe. Darauf antwurtet der benant her *Christofel Fuchs* von seinen und der gantzen *gemain wegen von Eppan* und sprach er hiet si nit höcher genötet, dan als meiner *Herschaft von Oesterreich* brief aus weisent, und liess da verhören zwen brief, darinne *meines genädigen Herrn Bruder, Hertzog Ernst,* und auch er selber geschaffet haben, wer mit in wasser, waid, weg und steg niesse, das er auch mit in dienste und mitleid haben sölle, Es sey dann, das er sunderleich dafür gefreit sey. Darnach sein si der sachen zu baiderseit pey *meinem Herrn* bliben, der hat dise nachgeschriben ritter und chnechte zu sprechläuten darzu geordent und gegeben, mit Namen Herrn *Sigmund vom Nidern Tor, Hansen Kungsperger, burckgraf auf Tyrol, Hansen Gfeller, Joachim von Montann, Walthausern von Tunn* und *Hansen Weinekker, den Eltern,* und Herrn *Francischen Greyffenstainer zu ainem obman,* also das payde tail mit allen iren rechten, kundschaften, läuten und briefen für die selben Siben auf den tag nämleich chömen her *gen Botzen* von Erichtag nach datum dises briefes über viertzehen tag; die sollen über die sache sitzen und payder tail recht, kundschaft,

läut und brief verhören. Mogen si dann paide tail mit der minne verainen, ist wol und gut; mogen si aber des nit tun, So sullen si doch von ainander nit chömen, si sprechen darumb das recht auf dem ayd an verziechen; und hat auch mein *Herre* den pauläuten ire phant wider geschaffen. Und ob der Sprechläute ainer oder mer auf den tag nit kämen, so sol der obman andere als schidleich an irer stat geben, damit das der sache ain ende werde. Und was also von in ausgesprochen wirdet, das sol von payden tailen gehalten und von meiner *genädigen Herschaft von Österreich* mit iren briefen bestättet werden. Und sollen auch payde tail den benanten tag suchen pey ainer pen hundert ducaten, die der tail, der den tag nit sucht, halb *meiner Herschaft* und das ander halb tail dem tail, der den tag also sucht, unlesslichen sol bezalen. Mit urkunt dises briefs, Geben ze *Botzen* an Suntag vor sand Antony tag Anno domini Millesimo Quadringentesimo Decimo nono. (Lib. lit. dom. infirmar. fol. 82^{b}, 83^{a}.)

DCCX.

Anno 1419. — *Litera domini Friderici, ducis Austrie, pro restitucione pignorum a colonis Monasterii novecellensis in Schreckpühel receptorum.*

Wir *Fridreich, von gots gnaden Hertzog ze Oesterreich, ze Steyr, ze Kernden und ze Krain, Graf ze Tyrol,* Embieten unserm lieben, getrewen *Christoffeln, dem Fuchs von Fuchsperg,* unser gnad und alles gut. Als etleich stöss sint zwischen dir ainhalben und *Neustiftern* und *Stamsern* des andern von holtzfüren und ander ungewönleicher dienst wegen, als sy maynen, das ir pauläut ze *Schreckpühel* ze unrecht beswert werden, darumb du ire phant genomen hast; und wan aber vor unserm haubtman und den lantläuten anerkent ist worden und wir mit dir geschafft haben, das du in ire phant sullest wider geben; und als nu die sach hinder sprecher zu austrag kömen ist, als dann in dem urtailbrief, der darumb do zemal geben ward, aygenleich ist begriffen, Also ist uns nu für kömen, wie du dieselben ire phant noch vorhaltest und in die nicht wider geben hast über das es unser haubtman vormalen auch mit dir von unsern wegen hat geschaffet, das uns vast unpilleich nymbt, Emphelhen wir und wellen Ernstleich, das du den Egenanten von der *Neuenstift und von Stams* iren pauläuten ire phand ze

stund und an widerred wider gebest und si gantz unbekümmert lassest unz die sach mit dem rechten ausgetragen wirt vor den, die wir den vormalen darzu haben geschaffen, da mit der urtail, die darumb gevallen ist, genug geschech und sy sich hinfür von dir nicht bedurffen ze chlagen. Das ist gäntzleich und ernstleich unser maynung. Geben ze *Kaltern* an Montag vor sand Veitstag Anno domini etc. XVIIII°. (Lib. lit. dom. infirmar. fol. 84[a, b].)

DCCXI.

Anno 1419. — *Litera composicionis inter Monasterium novecellense et Thomam Säbser pro curia villicaria in Mülbach.*

Chunt sey getan allen den, die disen offen brief sehen oder hören lesen, von der zwayung und Stoss wegen, die da gewesen sein zwischen des Erwirdigen *Gotshaus ze der Newnstift* an ainem tail und *Thomas, des Säbsers,* für sich selber und anstat seiner kinder, da für er versprochen hat, an dem andern tail von des *Mayerhofes* wegen, der da gelegen ist ze *Mülbach* und der da dient mit der aigenschaft in das obgenant *Chloster ze der Newnstift,* von versessner zins wegen. Darumb der *Hochwürdige Fürst, Herr Berchtold, Bischof ze Brixen,* und die zeit *verweser des obgenanten Gotshauses ze der Newnstift* nach vil vergangnen tayding vor dem Haubtman und vor unsers gnädigen *Herrn, Hertzog Fridreichs,* Räten, das recht ze *Mülbach* angevangen hat und erlangt huntz an ainen endtag; darinn sich erberg Herren und ander frum leut legten und den obgenanten Herren, *Herren Berchtold, Bischof ze Brixen,* erpaten, das er siben gemain man, wen er wolt, über die sach setzt, die selben solten Mynn und recht gewaltig sein; was die selben siben erfunden und sprächen, das verhies und versprach der egenant *Thomas, der Säbser,* für sich und anstat seiner kinder pey seinen trewen stät ze haben. — Also hat der *obgenante Herr ze Brixen* ain tag verchündet auf den heutigen tag und darumb nider gesetzt die Edlen und vesten, am ersten Herr *Michel von Wolkenstein, Oswald von Wolkenstain, Ludweig Sparrenberger, Hansen Vilsekger, Hansen Zwingenstainer, Alphart Goldekger, Gerhart, den Eltern zu Brixen.* Dieselben haben aigenleich verhört des obgenanten *Gotshaus ze der Newnstift* prief und chuntschaft und was er fürzebringen het. Da si also paid tail ver-

hört hetten, darauf haben si erfunden und gesprochen ainmütikchleich mit ir paider tail wissen und willen: Am ersten, das der obgenante Herr, Herr *Berchtold, Bischof von Brixen,* des egenanten *Säbsers,* gnädiger herr sein sol und er sein getrewer Gotshaus man. Mer ist gesprochen, das der obgenant *Thomas Säbser* und seine kinder und ir erben pey den obgenanten paurechten pleiben sollen und sollen auch die järleich verdienen und verzinsen und verpautedingen alle iar mit zehen mutt waitz und zwen mutt rokken und ain mutt gersten, alles newes Brichsner mas, in aller der masse als der brief lautet und ausweist, den *Chunrat, der Heuss* säliger, dem obgenanten *Gotshaus ze der Newnstift* mit seinem und Herrn *Fridreichs von Schönekg* paiden anhangenden Insigel darumb geben hat —. Und des zu ainem urchund der warhait hab ich obgenanter *Michel von Wolkenstain und ich Ludweig, der Sparrenberger,* unser paider Insigel an disen offen brief gehengt als zween sprecher, uns und allen unsern erben an schaden. Des sind gezeugen auch die obgenanten sprecher, *Oswald von Wolkenstain, Hans Vilsekger, Hans Zwingenstainer, Alphart Goldekger, Niklas von Säbs, des Thomas Säbsers pruder, Gerhart, der Elter,* und ander erber leut vil. Das ist beschehen in der jarzal nach Christi gepurd in dem viertzehenhundertisten und in dem Newntzehenden jar. (Registrat. vet. tom. II. fol. 40[a, b], 41[a, b].)

DCCXII.

Anno 1419. — *Litera donacionis VI librarum veronensium de domo ex opposito cimiterii in Brixina pro II galetis olei ad capellam sancte Margarete Monasterii novecellensis per dominum Oswaldum Wolkenstainer datarum.*

Ich *Oswaldt von Wolkenstain* vergich offenleich mit disem prief für mich und für alle mein erben allen den, die disen gegenburtigen prief ansehent oder hörent lesen, das ich mit wolverdachtem mut und mit gutem willen gesunts leibs recht und redleich geschaffen und geaygent han und geben sex phunt perner gelts aus dem Haus, das da gelegen ist ze *Brixen* in der stat gegen dem freithof über und dar zu selben zeit *Hanns Flam* in gesessen ist —, auf die Capellen, die da stet zu der *Newnstift* auf dem freithof und stosst an das haus, das mir mein lebtag verlihen ist, und rast darinn die lieb und edel

Junchfraw Sand Margaretha —, das man derselben vorgenanten kirchen und der heiligen Junchfrawn Sand Margrethen järleich umb fünf phunt perner gelts chauffen und pestelen sol zwo gelten öls zu ainem ewigen liecht, davon die selbig Cappellen peleucht werdet nechtichleich von ainem Mesner, der darumb das sechte phunt perner emphahen sol. — Und das das alles stät und unzerbrochen beleib, gib ich obgenanter *Oswaldt von Wolkenstain* disen prief Herrn *Lienhardt,* die zeit *Techant in der Newnstift,* und dem gantzen *Convent* daselben zu ainer bestetnüss aller obgeschriben sach für mich und für all mein erben und nachkömen, versigelt mit meinem aigen anhangenden Insigl. Der sach sind gezügen: die Erberen und weisen, Herr *Andre Küssenphennig, pharrer zu Prutz, Anthony Walch, die zeit Richter ze der Newnstift, Jörg Röchel, Georius Herrt, Schulmaister in der Newnstift,* und ander Erber leut vil. Geben nach Christ gepurt in dem Tausentem vierhunderten und darnach in dem Newnzehentem jar. (Registrat. vet. tom. II. fol. 57[b].)

DCCXIII.

Anno 1419. — *Litera pro prebenda Michaeli ab der Hofstat a Monasterio novecellensi danda, et ad qualia opera idem Michaelis obligatus sit facienda.*

Ich *Michel ab der Hofstat ze der Newnstift* Bekenn und tun kunt mit disem offen brieff, das ich mit meinen trewen an aines gesworen aydes stat gelobt, versprochen und verhaissen han dem erberen und gaistleichen herrn, herrn *Lienhart Techant* und dem *Capitel* gemainkleich des Erwirdigen *Chlosters ze der Newnstift* und allen iren nachkomen alles das stet und vest ze halten und ze volfüren von wegen der phrünt und leibgeding, die si mir mein lebtag zu meinem leib mit gunst, will und wort des Hochwirdigen *fürsten Berchtoldes ze Brixen,* zu den zeiten *ain verweser des vorgenanten Chlosters,* recht und redleichen geben und verchauft haben nach inhaltung unser ausweisung ditz gegenwürtigen priefs und auch des priefs, den ich von in umb die phrünt hab, darumb si von mir enphangen haben Sechzehen markch zalperner guter meraner müntz und hab in dar zu geben und geschaffen alle meine recht, die ich han auf dem gut, genant *die Hofstat,* gelegen in dem *Dorf ze der Newnstift,* als dann mein haimsteur brief laut und inne hat, den ich in

auch darumb geben und geantwurt han mit dem gedinge, das ich in des *Gotshaus* notdurfft alzeit dienen und arbaiten sol, die weil ich mag nach meinen staten und vermügen und all weil ich also dienen mag, so sol ich tägleich mein Tisch haben mit andern pfrüntnern; und wenn ich in des *Gotshaus* notdurft und dienst zu dem Tisch nicht chömen mocht, so sol ich ze Cheller und ze Chuchel gen, als oft mir sein nott ist. Und wenn ich in des *Gotshaus* notdurft nicht mer gedienen und gearbeiten mag, so sol man mir tägleich geben ain gewönleiche Junchherren phrünt von Cheller und von Chuchen des weins und der Speis, als man si geit ainem Junchherren in das Refent, hindan gesetzt und ausgenomen die Jartäg, und darzu des nachtes ain slaftrinchen nach gnaden, als ich sein nicht geraten mag, und järichleich fünf und zwaintzig Chäs; und sol ich mich obgenanter *Michel* weder mit leib noch mit gut von dem vorgenanten *Gotshaus* fürbas nicht mer sprechen noch ziehen in dehainer weis noch mit dehainen sachen. Und was ich aller meiner hab über meines leibes notdurfft übrig und nach meinem tod lass, das sol alles pei dem vorgenanten *Gotshaus* beleiben von männichleich ungeengt und ungeirrt. — Und des zu ainem urchund der warhait hab ich obgenanter Michel für mich und für alle mein erben fleissikleich gepeten den erberen *Anthoni Walch,* der zeit *Richter ze der Newnstift,* das er sein Insigel an den prief gehengt hat. Des sind gezeugen: *Niklas Seriant, Pauls Ödenhauser,* baid gesessen *ze der Newnstift, Hainrice Schreiber.* Das ist beschehen nach Christi geburt in dem viertzehenhundertisten und in dem Newnzehenden jar. (Registrat. vet. tom. III. fol. 252[a, b].)

DCCXIV.

Anno 1419. — *Litera Friderici, Austrie ducis, quittantis dominum Hainricum Mylauner, prepositum Monasterii novecellensis, de perceptis et expositis ex parte officiorum ante adepcionem prelature sibi commissorum.*

Wir Fridreich, von gots gnaden Hertzog ze Oesterreich, ze Steyr, ze Kärnden und ze Krain, Graf ze Tyrol, Bekennen und tun chunt, das uns der Ersam, unser lieber, getrewer, Andächtiger *Hainreich, Brobst zu der Newnstift,* ain gantze und volkomne raytung getan hat umb alles das Innemen und ausgeben

von allen Ämbter wegen an der *Etsch und im Intal,* da er *gewaltiger Ambtman* von unsern wegen ist gewesen, und auch ausserhalb der Ämbter, es sey von vellen, von penen, von Juden gelayt, Juden zins, von der verchaufften güter wegen ze *Tryendt* und aller ander stuch, wie sich die vergangen haben von unserr frawen tag Nativitatis des Sibenzehenden jars unz auf sand Bartholomeestag des Newnzehenden jars nachtstvergangen. Und als man alle stuch Innemens und ausgebens, wie sich die, als oben vermerkt ist, verloffen haben, gen ainander gelegt und aufgehebt hat, seyn wir dem egenanten *Brobst Hainreichen* mit rechter raytung schuldig beliben fünfhundert markch, die wir im auch also auf unser Ämbter verschaffen und in darumb nach seinem benügen versorgt haben, damit er sölh gelter, der er sich von unsern wegen vervangen hat, bezalen und ausrichten müge, Sunderbar, als denn der egenante *Brobst Hainreich,* und *Hans Vintler* säliger vor unser *Ambtleut* mit einander gewesen sind, darumb sy uns volkomne rechnung getan haben; in denselben raytungen wir in ain merkchleiche Summ phenning mit namen zway tausent zway hundert fünf und füntzikg markch acht chreutzer und drey vierer schuldig beliben. Die selben Summ wir in auch in diser gegenburtigen raytung gelegt haben und ire alte rayt brief, die si darumb hetten heraus genomen und zersnitten. Also sagen wir für uns und all unser erben die egenanten *Brobst Hainreichen* und *Hansen Vintler* und all ir erben umb alles ir Innemen und ausgeben von Anfang als si erst unser *Ambtleut* wurden bis auf disen heutigen tag, gantzleich quitt, ledig und los und süllen hinfür nicht mer zu in zesprechen darumb haben, ausgenomen, ob sich nachmalen erfunde, das von Innemens oder ausgebens ichts in diser raytung vergessen wär, das sol uns alzeit vorbehalten sein ungeverleich. Uns hat auch der vorgenant *Brobst Hainreich* das *Ambt* also gäntzleich wider aufgeben und sol an unsern willen hinfür darinn nicht mer handlen, newr allain umb die Remanenz, die wir im in diser gegenburtigen raytung schuldig beleiben, die mag er also von den *Ambtleuten* nach laut unsrer geschäftbrief heraus nemen oder verschaffen bis auf gantze werung der egenantn Summ an alles geverd. Was wir auch seiner Quittbrief in den *Ämptern,* die im nicht verrechent sind, mit namen, die *Geniwein Weinegger, Caspar Gredner und Petermann Liebenberger* verweist, haben funden, elter

wan datum ditz briefs, die sullen auf uns gelegt werden, wan uns das alles in unser raytung ist chomen. Urchund dits Briefs, geben zu *Brixen* an Mittich vor Egiden nach Christi gepurd in dem viertzehenhundertistem und darnach in dem Newnzehenden jar. (Registrat. vet. tom. III. fol. 282[b], 283[a].)

DCCXV.

Anno 1420. — *Litera consensus Stephani Frass in donacionem fratris sui i Monasterio novecellensi factam.*

Ich *Stephan Frass von Vells* Bekenn für mich und all mein erben. Als mein lieber pruder *Joachim Frass* säliger bey seinem lebendigen leib den Hof ze *Obernperg, gelegen auf Vells,* geschaffen und geben hat mit meinem gunst und gutem willen lauterleich durch gots und seiner sel und aller unsern vodern sel hail willen dem Erwirdigen *Gotshaus ze der Newnstift* also und mit dem geding, das die *korherren desselben gotshaus* dem vorgenanten meinen pruder ainen Jartag darumb begeen süllen alle jar jarikchleich nach laut und ausweisung des briefs, den wir von *dem Capitel des egenanten Gotshaus* darumb haben, Davon so verzeich ich mich aller recht, vodrung und ansprach, die ich gegenwurtikleich oder hernach mein erben ze dem vorgenanten Hof haben oder gewynnen mochten —. Und des ze urkund gib ich dem *vorgenanten Gotshaus* den brief, versigelt mit meinem anhangenden Insigel; Dar zu hab ich gepeten den *vesten Ludweigen Sparrenberger, meinen vettern,* das er sein Insigel zu mererer sicherhait auch an disen brief gehengt hat im und seinen erben an schaden. Des sind gezeugen: Der edel und veste Ritter, Herr *Bartholome von Gufidaun, Oswald von Wolkenstain, Hanns Velsekger,* und *Gerhard, der alt.* Das ist beschehen ze der *Newnstift* an Suntag nach sand Jacobstag nach Christi gepurd Viertzehen hundert jar, darnach in dem zwaintzigisten jare. (Registrat. vet. tom. III. fol. 173[b], 174[a].)

DCCXVI.

Anno 1421. — *Litera composicionis inter prepositum Monasterii novecellensis et communitatem in Niderrasen pro missa qualibet septimana ibidem celebranda.*

Ich *Christoff von Welsperg, Ritter, Phleger zu alten Räsen, Chunrat Hausman, Phleger zu New Räsen,* und wir die leut

gemännichleich zu *nider Rüsen* gesessen bechennen für uns und unser erben und nachkomen. Als pey etwie langen zeiten ain gewönleiche wochenmess in sand *Johansen kirche ze nider Rüsen* alle Samtztag durch ainen ygleichen *pharrer ze Olangen* ist volpracht und gehalden worden und aber etwas irrung zwischen dem Erwirdigen herrn *Hainreichen Probst* und dem *Capitel zu der Newnstift* und uns darinn komen was von ains järleichen gelts wegen, das denn ainem yeden *pharrer von Olangen* darumb gevallen sölte ze hilf an der egenanten wochenmesse, der selben stöss wir zu payder seit kömen waren auf den hochwirdigen *fürsten, Herrn Berchtolden, Bischof ze Brixen,* unserm gnädigen Herrn, der uns auch darumb freuntlich entschaiden und ausgesprochen hat in sölher masse, das hinfür ain yeder *pharrer ze Olangen* die egenant wochenmess in der obgeschriben Cappellen alle Samtztag mit ainem erberen priester halden und volbringen sol —. Dafür süllen wir ainem yeden *pharrer ze Olangen* zu hilf und zu pessrung für opherwein und all ding geben und raichen alle jar acht phunt perner. — Und ze urchund geben wir disen prief, versigelten mit meinem egenanten *Christoffen von Welsperg, Chunrats Hausmans* und *Casparen, des Heuflers,* anhangenden Insigeln, der geben ist zu der *Newnstift* an sand Barbaren tag Nach Christ gepurd in dem viertzehen hundristen jare und ains und zwaintzigisten jare. (Registrat. vet. tom. II. fol. 228^{b}, 229^{a}.)

DCCXVII.

Anno 1421. — *Litera judicis in Vels, qui adjudicavit jura colonatus curie zu dem Enzen Monasterio novecellensi.*

Ich Martein Züppel, ze den zeiten Richter ze Vells, bekenn offenleich mit disem brief allermännikchleich, das ich sass an dem gemainen *lantgericht ze Vells* und richtet mit vollem gewalt an stat des edlen und vesten Herrn *Hansen, des Velsers ab Presels;* do kom für mich der erbär Herr, Herr *Hans, der Preydler,* der zeit *pharrer ze Vels und chorherr ze der Newnstift,* an stat des hochwirdigen Herrn, Herrn *Hainreichs Mylauner, Brobst ze der Newnstift,* und an stat des *gantzen Capitels* daselbs und pracht für mit redner, wie das das gut, genant zu dem *Enzen* paulos und öde wär, und pot das zu dem rechten, ob yemand zu demselben gut ichts ze sprechen het, es

wär von erbschaft oder von gült wegen oder von welherlay sach wegen, das wär nicht ausgenomen, dem wolt er ain schön recht lassen wider waren. Darauf fragt ich obgenanter richter an dem rechten yeden man auf seinem ayd, was recht wär; da pracht das recht, das fronpot auf solt sten und solt das gut zu dem rechten pieten, als oben geschriben stet. Der tet das ob yemand zu dem obgenanten gut *ze dem Entzen*, ichts ze sprechen hät; es wär von erbschaft oder von gült wegen oder von welherlay sach wegen, das wär nichts ausgenomen, der solt kömen, dem wolt man ain geleichs landesrecht widervaren lassen. Da kom nyemand; da fragt ich obgenanter Richter aber, was recht wär. Da pracht das recht, die chlag solt ainen tag haben auf das nächst lantgericht, und solt der fronpot das obgenant gut berüffen zu dem rechten als auf den andern tag, das auch der fronpot also getan hat. Da kom der obgenante Herr *Hanns der Preydler, pharrer ze Vels*, in aller der mass, als er vor für chomen was, als auf das ander recht und pat aber gerichts gen dem obgenanten gut *zu dem Entzen*, als er vor gepeten hat und pot den Hof aber zu dem rechten. Da fragt ich vorgenanter Richter was recht wär; da pracht das recht, die klag solt aber ainen andern tag haben zu viertzehentagen und doch auf das nachst lantgericht und als auf das dritte recht, und solt aber so der fronpot rüffen in aller der mass, als er vor gerüfft hat, als auf das dritt recht; köm yemand, dem wolt man ain geleichs landesrecht widervaren lassen; das der fronpot auch also getan hat. Da kom nyemand; da kom der egenant Herr *Hans, der Preydler, pharrer ze Vells,* wider für das recht und pat gerichts, als er vormals getan hat, als auf dem dritten rechten und auf endhafften tag, wan sich alle ding erlangt hetten mit dem rechten, und pat gerichts. Da fragt ich vorgenanter *Richter* yeden man auf seinen ayd, was recht wär; da pracht das recht, So lankweil und nyemand komen wär, weder erben noch gültleut, man solt das obgenant gut ze dem *Entzen* ze fürpann rüffen und tun vor allermännikchleich pey ainer pen fünftzik phunt perner. Ob es sich erfünde, das yemand wär, es wären erben oder gültleut, die die *obgenanten Herren von der Newenstift* an irem egenanten Gut *ze dem Entzen* engten oder irreten, der sol sein vervallen die pen dem gericht und den obgenanten *Herren und dem Capitel von der Newnstift,* ire schaden abzelegen, und mügen

auch darumb ainen yegleichen Richter und Phleger an rüffen, ainen solhen ze halten zu dem rechten, der in engung oder irrung tät an dem obgenanten gut huntz das in genug geschäch von im; und doch ausgenomen kinder, die zu iren tagen nicht komen waren, oder leut, die von merkleicher sach wegen pey dem lande nicht getörsten sein, das sich das erfünde mit bewärten sachen. Da fragt der vorgenant *Hans, der Preydler,* ob man im das nit also pilleich geschribens gäb, was da recht pracht hyet; da pracht das recht, man solt im es geschribens geben under gerichts Insigel. Und also gib ich obgenanter *Martein Züppel* als ain *Richter* von gerichts wegen dem obgenanten Herrn *Hansen, dem Preydler, pharrer ze Vells,* an stat des obgenanten Hochwürdigen Herrn, Herrn *Hainreichs, Brobst ze der Newnstift,* und des gantzen *Kapitels daselbs* disen offen brief, versigelten mit des edlen und vesten Herrn *Hansen, des Velsers ab Presels,* aygem, anhangenden Insigel —. Des sind zeugen: *Hans Schentl, Erhard von Pedrätsch, Nikkel von Vallong, Chunz Vallarer, Peter Mörl, Hans Huber, Hans Mayr von Umbeis* und ander erbär leut vil. Das ist geschehen nach Christi gepurt Tausent vierhundert und in dem ains und zwaintzigistem jar. (Registrat. vet. tom. III. fol. 170[a, b], 171[a].)

DCCXVIII.

Anno 1422. — *Instrumentum recognicionis, quod usque nunc plebani ad ecclesias parochiales, Monasterio novecellensi incorporatas, propter defectum notariorum per prelatum vel aliquem de fratribus sunt instituti.*

In nomine Domini Amen A nativitate ejusdem Millesimo Quadringentesimo vicesimo secundo, Indictione XV., Pontificatus Sanctissimi in Christo patris ac domini nostri, domini *Martini, divina providencia pape quinti,* anno quinto, in die sancti Stephani, protomartyris, hora Terciarum vel quasi in mei notarii publici presencia in *Monasterio novecellensi* canonicorum regularium ordinis sancti Augustini, brixinensis dyocesis, in loco ad talia congruo ac competenti, videlicet Capitulari, personaliter constituti Venerabiles ac Religiosi viri ac domini, *Hainricus, prepositus, Leonardus, decanus, maiorque et sanior pars tocius Capituli Monasterii predicti,* bona et matura deliberacione prehabita, nichil attendentes sed solum deum et justiciam pre oculis habentes, dixerunt, proposuerunt ac probare intenderunt,

id semper fuisse moris ac tenuisse pro laudabili consuetudine et eciam ex defectu notariorum, quorum hiis in partibus hucusque non fuit nec adhuc est presencia copiosa, videlicet cum aliqua parochialis ecclesia, *Monasterio prelibato* annexa ac incorporata ex morte alicujus canonici regularis *Monasterii predicti* vel vocacione sui prepositi carebat personali Rectore, quia tunc prepositus, decanus totumque Capitulum predictum bona deliberacione prehabita ac consilio maturo unum virum religiosum ydoneum, providum ac circumspectum, qui huic parochie et plebisanis prodesset, preesset ac curam animarum sibi commissarum fideliter regeret, capitulariter elegerunt, eundem solemniter *Episcopo diocesano ac ordinario loci* presentarunt, qui ordinarius eundem Canonicum in vicarium perpetuum, capitulariter electum, jussit cum juris plenitudine per suum prelatum, decanum vel aliquem confratrem presentari et investiri tempore congruo ad hoc debito et consueto scilicet populo in tali ecclesia ad divina congregato. Que omnia et singula predicta propter causam predictam videlicet defectum notariorum, vicinitatem loci et ex eorum antiqua consuetudine per eos aut aliquem eorum juxta formam predictam diligenter sunt adimpleta. Super quibus omnibus et singulis predicti, *prepositus et Conventus,* supplicarunt mihi notario publico infra scripto, ut hanc recognicionem in publicam formam scribendo redigerem. Ego vero notarius subscriptus hanc requisicionem intelligens fore justam ac racioni congruam hunc actum capitularem et recognicionem in hoc publicum instrumentum redegi. In quorum omnium et singulorum premissorum fidem hoc presens publicum instrumentum appendentibus Sigillis tam *prepositi quam Conventus* ac signo notariatus mei est munitum. Acta sunt hec anno, Indictione, pontificatu, loco, die et hora, quibus supra, presentibus fratribus capitulariter congregatis.

Et ego *Georius Hert,* clericus frisingensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictis, recognicioni, confessioni omnibusque aliis et singulis premissis, dum sicut premittitur, agerentur et fierent, unacum predictis dominis capitulariter congregatis interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo de mandato prenominatorum dominorum hoc presens publicum instrumentum exinde

confeci, publicavi et in hanc publicam formam scribendo redegi signoque et nomine, meis solitis et consuetis, signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium premissorum. (Registrat. vet. tom. II. fol. 64[a, b], 65[a].)

DCCXIX.

Anno 1423. — *Litera recepcionis domini Johannis Jordan et Dorothee virginis, famule ejus, in prebendarios Monasterii novecellensis.*

Wir *Hainreich, von gots verhengnüss Brobst, Lienhart, Techant,* und der gantz *Convent zu der Newnstift,* Bechennen und tun kunt offenleich mit disem brief, das wir von dem ersamen priester, Herrn *Hansen Jordan, weilent pharrer zu sand Peter bey Tyrol,* an beraiten gelt ingenomen und enphangen haben hundert markch perner, da mit er uns zu grosser und merkchleicher unser notdurfft ist ze staten kömen, und umb das selb gelt haben wir im für die Achtzig markch und der erberen *Dorotheen,* die sein dienerin ist gewesen, für die übrigen zwaintzig markch ain phründ verschriben und versprochen ze geben ir lebtag allweil si in unserm kloster ze der Newnstift wonhaft sind, verschreiben und versprechen in auch die wissentleich in kraft des briefes als hernach vermercht ist. Am ersten sullen und wellen wir dem egenanten *Herrn Hansen* alltag raichen, wenn er auf dem Refendt nicht essen wolde, zway Herrenprot und drew Seidl wein auf den tag und von kuchen aus der Herren hafen des morgens zway stukch fleisch in ainer prüe, ain stukch auf dem kraut, ain gepratens und ain gersten; dann auf die nacht zway stukch fleisch in der prüe, ain gepratens und ain gemüs; und so man nicht fleisch esse, so sullen wir in speisen von kuchen als die Herren ungeverleich. Und wenn er auf dem Refent isset, so sol sein schüler mit andern schüler essen. Wir sullen im auch geben all wochen zwen käs und alltag ain chertzen und all jar zway polster schuch. Auch haben wir im ausgeschaiden zu seinem gemach des Kelners stübel und die new chamer daselbs vor dem stüblein, dar inn er wonen sol und mag, und sol man im holtz geben im winter nach seiner notdurft angeverd. Item so haben wir der vorgenanten *Dorothee* für ir phründt bestimt und beschaiden am

ersten zway Junchherren prot und zway trinchen wein auf den tag, und wenn man fleisch isset, so sol man si auch speisen aus der herren hafen, des morgens ain stukch in der prüe, ains auf dem kraut und ain gemüs; wenn man aber nicht fleisch esse, so sullen wir ir geben des morgens drey essen und des nachtes zway angeverde und auf das jar fünf und zwaintzig käs. Wir haben ir auch ausgeschaiden zu irem gemach das häusel auf dem freythoff auch mit ainem stublein und sullen ir auch holtz dar zu geben nach ir notdurfft. Auch haben si uns geschaffen all ir habe varende oder unvarende, was si dann nach irem tod lassen, nicht ausgenomen, nach laut des briefs, so wir von in darumb haben —. Und des ze urchund geben wir in disen brief, versigelt mit unserm egenanten *Brobst Hainreichs* und unsers *egenanten Convents* anhangenden Insigeln. Das ist geschehen zu der *Newnstift* an Sand Augustinstag Nach Christi gepurd in dem viertzehenhundertisten und drey und zwaintzigisten jare. (Registrat. vet. tom. III. fol. 257[a, b].)

DCCXX.

Anno 1424. — *Litera, in qua dominus Johannes Jordan et Dorothea, famula ejus, obligaverunt Monasterio novecellensi omnia residuata post mortem ipsorum.*

Ich Johans Jordan, priester Neuburger Bistumbs, und ich *Dorothee Hallerin,* Bechennen offenleich mit disem briefe, das wir betracht und angesehen habent solch trew guttät und freuntschaft, die uns von dem erwirdigen in den got vater, *Herren Hainreichen, Brobste ze der Newnstift, den Chorherren und dem gantzen Capitel daselbs* beschehen ist und tägleich beschicht und widervert, das wir nach billeicher dankhperhait wol schuldig sein ze erkennen, und haben dadurch und durch gots willen, unsern selen ze hayl und ze trost wol bedächtikleich und mit lauterm guten willen zu den zeiten, da wir es wol getun mochten, gegeben, geschaffen und geordent, geben, schaffen und orden auch wissentleich in kraft ditz briefs dem egenanten unserm Herrn, *dem Brobst, seinem Gotshaus* und nachkomen alle unser habe, die wir nach unserm tode lassen, si sey varend oder unvarend, wa die gelegen oder wie die gehaissen ist, nicht hind an gesetzt. — Und des zu urkundt geben wir dem egenanten, unserm Herrn, *dem Brobste, seinem Gots-*

hause und nachkomen disen brief, versigelt mit meines egenanten *Johanss Jordan* aigen anhangenden Insigel. — Des sindt gezeugen: Herr *Wilhalm von Seben, Ekkehart von Vilanders, Wolfhart Steinperger, Richter ze der Newnstift, Jörge Rochel* und *Ulreich, Amptman in Welschenofen.* Das ist geschehen ze der *Newnstift* nach Cristi gepurdt in dem vyertzehenhundertisten und vier und zwaintzigisten jare. (Registrat. vet. tom. II. fol. 257[b].).

DCCXXI.

Anno 1425. — *Acta domini Heinrici, comitis de Goricia, et parochialium ecclesiarum in Chyens et Assnik ex una intendencium impugnare incorporaciones dictarum ecclesiarum ipsi Monasterio novecellensi factas, et ipsum Monasterium dictas incorporaciones parte ex altera defendens.*

In nomine domini Amen. Pridem sanctissimo in Christo patri et domino, *domino Martino, divina providencia pape quinto* exposito seu supplicato, prout et quemadmodum in quadam exposicionis sive supplicacionis cedula plenius continetur et habetur, cujus tenor sequitur talis: Beatissime pater! alias exposito Sanctitati vestre pro parte devotorum virorum, nobilis viri, domini *Heinrici, comitis Goricie,* et universorum parochianorum parochalium ecclesiarum sancti *Laurencii ad sanctum Laurencium* ac sancti *Petri in Chyens,* alias *in Phalzen,* nec non *sancte Trinitatis in Essink,* brixinensis et saltzburgensis dyocesis, quod, licet dicte ecclesie parochiales ab olim a sua primeva fundacione per veros et proprios Rectores, clericos seculares laudabiliter regi et gubernari consuevissent, tamen postmodum vigente dampnabili schismate, nunc dei clemencia sedato, *dominus decanus, magister fabrice,* et *Capitulum ecclesie brixinensis ecclesiam sancti Laurencii* nec non *prepositus et conventus Monasterii Novecelle,* ordinis sancti Augustini, dicte brixinensis dyocesis, *sancti Petri et sancte Trinitatis ecclesias* parochiales predictas, asserentes, eas sibi per quondam *Bonifacium Nonum,* in summa obediencia nuncupatum, incorporatas, ipso comite, sub cujus temporali dominio dicte parochiales ecclesie existunt et qui eorum advocatus existit, tunc iuvenili etate constituto, pretextu hujusmodi incorporacionis sibi usurparunt et adhuc, ut dicitur, usurpant in comitis et sue advocacie ac parochianorum predictorum prejudicium, displicenciam et vituperium et non modicum detrimentum ecclesiarum

predictarum, cum aut nulla urgens necessitas aut legitima et racionabilis causa subsistat, propter quam parochiales ecclesie predicte propriis Rectoribus destitui et carere debeant sintque eciam hujusmodi pretense incorporaciones, quatenus de eis constiterit, et causis injustis ficte; propterea pro parte comitis et parochianorum predictorum humiliter fuit supplicatum, ut ecclesias predictas ad statum pristinum reducere ac pretensas incorporaciones revocare, cassare et annullare dignaremini generose. Deindeque Sanctitas vestra, de premissis noticiam non habens, venerabili viro, domino *Casparo Plazoler, decano sancti Candidi inticensi*, brixinensis dyocesis, ejus proprio nomine expresso, commisit et mandavit, quatenus, vocatis dictis *decano, capitulo ac preposito et conventu* et aliis, quorum interest, de premissis se informaret et si per informacionem hujusmodi quascunque incorporaciones de predictis ecclesiis sub qualicunque verborum forma, exemplis vel injustis causis fictas esse reperiret, easdem incorporaciones auctoritate apostolica revocaret, cassaret et annullaret ipsasque ecclesias et quamlibet earum ad statum pristinum reduceret, et restitueret et alia faceret, prout in eisdem literis desuper confectis plenius continetur. Qui quidem *dominus decanus, commissarius,* licet juxta hujusmodi mandatum apostolicum velut obediens filius in hujusmodi negocio voluit procedere, prout processit, ipsisque, *decano, magistro fabrice,* ac *capitulo ecclesie brixinensis* ac *preposito et conventu novecellensi,* predictis, et aliis, sua interesse putantibus, vocatis vocandis habitisque informacionibus de pretensis incorporacionibus dictarum ecclesiarum summarie procedens easdem pretensas incorporaciones revocavit, cassavit et annullavit, prout in processu, desuper confecto, plenius continetur, cujus tenorem hic placet habere pro expresso, verum pater sancte! antequam dictus dominus *decanus, commissarius,* ad effectualem execucionem hujusmodi mandati apostolici processisset, fuit, ut ex adverso penditur, pro parte dictorum, *decani et capituli brixinensis ecclesie ac prepositi et conventus Monasterii Novecelle* Sanctitati vestre expositum, quomodo dictus *decanus inticensis* esset sub dominio prefati *domini comitis* et sic in hoc negocio crederetur suspectus, ideo pro parte eorundem fuit supplicatum, quatenus Sanctitas vestra causam et causas, quam et quas idem *decanus, magister fabrice,* et *capitulum ecclesie brixinensis* ac *prepositus et conventus*

Monasterii Novecelle moverent et movere vellent contra dominum *comitem Goricie* et parochianos predictos premissorum occasione committeret alicui ex auditoribus in curia cum potestate, eosdem, dominum *comitem et parochianos,* citandi eisdemque et prefato *commissario* sub pena excommunicacionis inhibendi, que tunc domino *Bartholomeo Guischardi, vestri sacri pallacii apostolici causarum auditori,* fuit, ut dicitur, commissa. Sed quia, beatissime pater, prefatus dominus *decanus inticensis, commissarius,* lite in hujusmodi, causa forsan non contestata, et alias summarie et simpliciter et post inhibicionem, ut ex adverso pretenditur, sibi factam, processerit, idem dominus *Bartholomeus, auditor,* hujusmodi processum per prefatum dominum *decanum, commissarium,* et parochianos predictarum ecclesiarum conjunctim et divisim in expensis, tam in partibus quam coram eo factis, condempnavit, a qua pena seu summa pro parte eorundem parochianorum ad sedem apostolicam extitit appellatum, licet causa appellacionis nondum sit alteri judici commissa. Cum autem, pater sancte, non creditur, intencionis vestre fuisse, mandatum apostolicum hujusmodi dicto domino *decano inticensi* ad instanciam prefatorum, domini *comitis et parochianorum,* sub bulla cum gravibus expensis et laboribus directum, per simplicem et nudam commissionem, in qua aliud essencialiter pro suspicione non alligabatur, quam quod ipse dominus *decanus inticensis* sub dominio prefati *domini comitis,* ut ex adverso asseritur, sit constitutus, ita faciliter voluisse revocare nec eciam ipsius *domini decani inticensis* processu ex alio creditur per dictum dominum *Bartholomeum* annullatus, quam solum forsan ex eo, quod dictus *dominus decanus, commissarius,* lite in hujusmodi, causa non contestata, et alias forsan nimis summarie, ut dicitur, processerit, nichilominus tamen secundum facti veritatem vocatis primitus, qui fuerint vocandi, ad hujusmodi pretensarum incorporacionum revocacionem processit, quare pro parte dictorum, domini *comitis et universorum parochianorum* ecclesiarum predictarum ad pedes Sanctitatis vestre humiliter recurritur et devote supplicatur, quatenus ad parcendum laboribus et expensis et ad evitandum circuitum in hujusmodi causa alteri ex reverendissimis in Christo patribus sancte romane ecclesie cardinalibus committere dignemini et mandare, ut ipsis dominis, *decano, magistro fabrice et capitulo ecclesie brixinensis* ac *prepositi et conventui Novecelle,* brixinensis dyocesis, predictis,

et aliis, communiter vel divisim sua interesse putantibus, certum, competentem terminum peremptorium statuat et prefigat, infra quem idem *decanus, magister fabrice,* et capitulum ac *prepositus et conventus* predicti, pretensas incorporaciones, si quas habeant, coram dicto *domino commissario* exhibeant ac causas racionabiles, ex quibus easdem ecclesias eis forsitan incorporatas pretenderint, allegare et probare debeant cum effectu, alioquin lapso dicto termino ipse *judex seu commissarius* hujusmodi processum dicti domini *decani inticensis,* revocacionem pretensarum incorporacionum in se continentem, ratum et gratum habeat eundemque de speciali mandato *Sanctitatis vestre* ex certa sacra auctoritate apostolica confirmet et roboret, omnes defectus, si qui forsan intervenerint, supplendo, stilo pallacii, constitucionibus apostolicis ac dicta pretensa domini *Bartholomei Guischardi,* auditoris, prejudicacione, cujus tenorem hic placeat habere sufficienter pro expresso, non obstantibus. Idem *dominus noster papa,* hujusmodi exposicionis sive supplicacionis cedula ad plenum intellecta, bone memorie quondam reverendissimo in Christo patri et domino, domino *Petro, sancte Marie sacrosancte romane ecclesie dyacono cardinali Veneciarum,* juniori communiter dicto, judici commissario, vive vocis oraculo commisit et mandavit, quatenus causam et causas hujusmodi audiret et deci deret et fine debito terminaret cum omnibus et singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis ac alia omnia faceret, prout in dicta exposicionis sive supplicacionis cedula plenius continetur et habetur. Cujus quidem commissionis vigore dictus dominus *Petrus, cardinalis, judex et commissarius,* in causa et causis hujusmodi ac inter partes predictas rite et legitime procedens, cognitis per eum hujusmodi cause meritis ac aliis servatis servandis, ad suam in hujusmodi causa proferendam diffinitivam sentenciam procedendum duxit et processit eamque in scriptis tulit et promulgavit in modum subsequentem: Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes et solum deum pre oculis habentes, hac nostra diffinitiva sentencia, quam ferimus in hiis scriptis, prejudicamus, decernimus et declaramus, opposiciones, molestaciones, perturbaciones, inquietaciones et impedimenta prefatis dominis, *preposito et conventui Monasterii Novecelle,* ordinis sancti Augustini, extra muros civitatis brixinensis, super *sancti Petri in Chyens,* alias *in Phalzen* ac sancte *Trinitatis in Essink,* brixinensis et saltzburgensis

dyocesis parochialibus ecclesiis predictis et earum occasione per dictos, dominum *Heinricum, comitem Goricie,* et *parochianos earundem ecclesiarum* prestita, fuisse et esse temeraria, illicita, iniqua et injusta ac de facto presumpta dictisque, domino *Heinrico, comiti,* et *parochianis* conjunctim et divisim in, de et super opposicionibus, molestacionibus, perturbacionibus, inquietacionibus, et impedimentis ac parochialibus ecclesiis *in Chyens, alias in Phalzen,* et *Essink,* predictis, perpetuum silencium imponendum fore et imponimus prescriptosque dominos, *prepositum et conventum Monasterii Novecelle* ab impeticione dictorum, *domini Heinrici, comitis,* et *parochianorum* absolvendos fore et absolvimus, ipsosque, dominum *Heinricum, comitem* et *parochianos* in expensis, in hujusmodi causa coram nobis legitime factis, condempnandos fore et condempnamus, quarum expensarum taxacionem nobis in posterum reservamus. A qua quidem diffinitiva sentencia fuit pro parte dictorum, domini *Heinrici, comitis Goricie,* et *universorum parochianorum* parochialium ecclesiarum, *sancti Petri in Chyens, alias in Phalzen,* et *sancte Trinitatis in Essinck,* principalium in supradicta exposicionis sive supplicacionis cedula principaliter descriptarum, ad *sanctam sedem apostolicam* et dictum dominum *nostrum papam* appellatum. Idem tunc *dominus noster papa* causam et causas appellacionis hujusmodi nobis *Raynaldo, miseracione divina sancti Viti in macello sacro sancte romane ecclesie dyacono cardinali, de Wranschariis* communiter nominato, commisit audiendam, cognoscendam et fine debito terminandam cum omnibus et singulis suis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis. Hujusmodi siquidem commissionis vigore nos in causa et causis hujusmodi ac inter partes predictas rite et legitime procedentes ad providi viri, *magistri Friderici Sasse* in curia romana et dictorum dominorum, *prepositi et conventus Monasterii Novecelle,* principalium in supradicte exposicionis sive supplicacionis cedula principaliter descriptorum, procuratoris instanciam providum virum, *magistrum Joannem Erist* in eadem curia, prefatorum, domini *Heinrici, comitis Goricie* et *parochianorum parochialium ecclesiarum, sancti Petri in Chyens, alias in Phalzen,* et *sancte Trinitatis in Essink,* ex adverso principalium, procuratorem, prout de ipsorum hinc inde procuratorum procuracionum mandatis in actis cause hujusmodi extitit editum, ad dicendum et opponendum, quidquid verbo vel in scriptis dicere vel

opponere vellet contra dictam, nobis factam commissionem, per certum *domini nostri pape* cursorem citari mandavimus et fecimus ad certum peremptorium terminum competentem. In quo comparuit judicio coram nobis *magister Joannes Erist,* procurator predictus nomine, quo supra, procuratorio, et in nos tamquam in judicem sibi partique sue competentem et in nostram jurisdiccionem expresse consensit. Nos magistris, *Friderico Sasse* instanti et petenti *Johanni Erist* ex adverso, procuratoribus predictis, nominibus, quibus supra, procuratoriis presentibus et audientibus ad dandum et recipiendum, darique et recipi ad videndum libellum seu summariam in hac causa peticionem certum peremptorium terminum prefiximus, hinc inde congruentem. Quo termino adveniente et in eo comparente in judicio coram nobis *magistro Sasse,* procuratore predicto nomine, quo supra, procuratorio, magistri *Johannis Erist,* ex adverso procuratoris non comparentis contumaciam accusante ipsumque contumacie reputari postulante et in ejus contumaciam quendam libellum seu peticionem summariam facto et in scriptis offerente, Nos dictum *Johannem Erist,* ex adverso procuratorem, non comparentem, reputavimus merito, justicia id dictante, contumacem in ipsiusque contumaciam ad *magistri Friderici Sasse* instanciam dicto *magistro Johanni Erist,* ex adverso procuratori ibidem supervenienti, ad respondendum oblato libello ac super eo litem contestandum et contestari videndum, nec non jurandum et deliberandum jurarique et deliberari videndum de calumpnia vitanda et veritate dicenda cum omnibus et singulis suis capitulis, in et sub calumpnie juramento contentis, certum peremptorium terminum prefiximus condecentem, in quo comparens in judicio coram nobis magister *Fridericus Sasse,* procurator predictus, nomine, quo supra, procuratorio, *magistri Johannis Erist,* ex adverso procuratoris, contumaciam accusavit ipsumque contumacem reputari per nos instanter postulavit. Nos vero ex tunc *magistrum Johannem Erist,* ex adverso procuratorem non comparentem, reputavimus contumacem, suadente absencia aliorum in hujusmodi causa pro parte dictorum, domini *Heinrici, comitis Goricie,* et *parochianorum,* ex adverso principalium constitutorum et substitutorum procuratorum nec non refutacione oneris in hujusmodi causa per nonnullos testes, fide dignos, coram nobis productos, receptos et ad jusjurandum admissos legitime. Ex post vero edoctus dictus *dominus noster*

Wir *Fridreich, von gots gnaden Hertzog ze Oesterreich, ze Steyr, ze Kernden und ze Krain, Grave ze Tyrol,* Enbieten den Ersamen, geistleichen, unsern lieben, andechtigen, *dem Brobst, Dechant und Capitel zu der Newnstiffte* unser gnad und alles gut von sunder genade wegen, da mit wir unsern getrewen *Hannsen Windisch,* ewren diener, genadikhleichen angesehen haben, Bitten wir ew mit gantzem ernste, das ir den selben *Windisch* ain phründe pei ew in ewrem kloster gebet und schaffet, als ainer soleichen personen nach gewonhayt desselben ewrs klosters gepürt, da mit er, wenn er der notdurfft wurde

und villeicht nicht wol mer gedienen mocht, das er danne die da hiete und der gewiss wär, wann er ew und *ewrem Gotshause* geren dyennen mainet nach seinem vermügen und sol auch die selb phründe nicht verrer verchaufen noch andern geben. Da von so verzeichet uns das nicht, da mit er unser pete gen ew enphinde; Das ist uns von ew ain gut gevallen, und wellen auch das gen ew und *ewrem Gotshaus* gnedikhleich erchennen. Geben ze *Insprugk* anno domini Millesimo etc. XXIX. (Registrat. vet. tom. III. fol. 255[a,b].)

DCCXXXV.

Anno 1429. — *Litera, quod prefatus Hans Windisch receptus est ad prebendam in Monasterio novecellensi ita, quod habitum religionis induat et religiose vivat.*

Wir *Ulreich, von Gots verhengnuss Brobst, Michel Techant und das gantz Capitel zu der Newnstift,* Bechennen mit dem brief für uns und unser nachkomen. Als der durchleuchtig, Hochgeporen Fürst, *Hertzog Fridreich, Hertzog ze Osterreich, unser genädiger Herr,* uns verschriben und mit ernste gepeten hat für den erberen *Hansen Windisch,* unsern diener, das wir in zu ainem diener aufnemen und im sein lebtag ain phründ nach gewonhayt des selben *unsers klosters* geben wolten, wenn er von alter und kranchhait wegen nicht mer gedienen mag angeverd, das er die dann habe und der gewiss sey, haben wir gedacht nach soleichen gnaden und fürdrungen, die der egenant unser *genädiger Herr* uns und unserm egenanten *Gotshaus* manigveltikhleich getan hat, tegleich tut und hinfür wol mag getun, das wir in soleicher pete unbilleich verzeichen, und haben im da durch und auch darumb, das er uns und unserm *Gotshaus* lang und getrewleich gedienet hat und noch hin für nach seinem vermügen tun sol, verschriben und versprochen, verschreiben und versprechen auch wissentleich in kraft ditz briefs, das wir im allain sein lebtag pey uns in unserm *kloster,* wenn er den *Orden nach Sitt und gewonhait unsers ordens und klosters* mit solher gehorsam, als dar zu gehört, an sich nemen will, ain phründ geben süllen und wellen von kuchen und von keller und mit allen andern sachen als andern unsern *layprüdern in dem Orden* angeverd. Wär aber, das er ain eleich wirtin gewinne, so sullen wir im der phründe nicht phlichtig

noch gepunden sein die weyl ze geben noch zu uns her in ze nemen —. Das ist geschehen und der brief ist geben ze der *Newnstift* nach Christi gepurt viertzehenhundert jar und darnach in dem Newn und zwaintzigisten jare. (Registrat, vet. tom. III. fol. 255[b], 256[a].)

DCCXXXVI.

Anno 1429. — *Litera quittacionis pro solucione mediorum fructuum domino Episcopo brixinensi datorum.*

Nos *Udalricus, dei gracia episcopus brixinensis,* notum facimus per presentes, quod venerabilis et religiosus vir, nobis in Christo sincere dilectus, dominus *Udalricus, prepositus Monasterii novecellensis,* nostre dyocesis, nobis hodie de solucione mediorum fructuum, in quibus nobis et ecclesie nostre racione provisionis, sibi nuper de ipsa prepositura facte, erat obnoxius, satisfecit integre et cum effectu. Quare eundem *dominum prepositum* de hujusmodi solucione et satisfactione quitamus et absolvimus ac certificamus tenore presencium de ulterius non petendo. Datum *Brixine* Mensis Julii die XV. anno domini M. CCCC. XXIX. (Registrat. vet. tom. III. fol. 283[b].)

DCCXXXVII.

Anno 1429. — *Litera quittacionis pro solucione Caritativi subsidii domino episcopo brixinensi dati.*

Ego *Johannes Nobilis, canonicus ecclesie collegiate sancte Marie Brixine,* ac collector caritativi subsidii per dominum *Udalricum, episcopum brixinensem,* deputatus, recognosco per presentes, me a venerabili viro, domino *Ulrico, preposito Monasterii novecellensis,* recepisse marcas sex, in quibus racione dicti subsidii prefato *domino episcopo* erat obligatus. Quare eundem *dominum prepositum* de hujusmodi sex marcis sic solutis quitto et absolvo et pactum do de eo ulterius non petendo. Datum *Brixine* Mensis Julii die XV. Anno domini M. CCCC. XXIX. (Registrat. vet. tom. III. fol. 283[b].)

DCCXXVIII.

Anno 1430. — *Litera recognicionis pro statutis jurisdictionis Monasterii novecellensis.*

Ich Hainreich Seldenhorn, Pfleger auf Salern und Hofrichter ze Brixen, Bekenn offenleich mit dem Brief und tu kunt

allermännikchleich, das zu mir komen ist der Erwirdige und geistleich Herr, her *Ulreich, Brobst ze der Newnstift,* und pat mich von gerichts wegen, im ain kuntschafft und weisung ze hören von der hirtschaft wegen daselbs ze der *Newnstift,* das ich aber nicht tun wolt an gescheft des Hochwirdigen fürsten, *Herrn Ulreichen, Bischof ze Brixen, meins genedigen Herrn.* Also schuf derselb, mein genediger Herr mit mir, an wem sich der egenant Herr *Ulreich Brobst* umb kuntschafft von derselben sach wegen züge in dem *Hofgericht ze Brixen oder* in dem *Gerichte ze Salern,* welhe aigen Insigel hieten, mit den solt ich schaffen von seinen und von gerichts wegen, dem vorgenanten Herrn *Ulreich Brobste* darumb kuntschafft ze geben under iren aigen Insigeln; welhe aber nicht aigen Insigel hieten, die solt ich verhören und im dieselben kuntschafft under meinem Insigel von gericht wegen geschribens geben, das ich also getan han. Also stalt er für mich und für die erberen, als die mit namen hernach zu gezeugen geschriben stend, den beschaiden *Petern Pacher von der Newnstift,* gesessen zu *Pusagg* in *Salerner gericht;* dem sprach ich egenanter *Hainreich Seldenhorn* zu von gerichts wegen, das er nicht liesse durch lieb noch durch laid noch von kainerlay sach wegen und sagen solt die gantzen warhait, als er dann darumb sweren well und mug, was im von der sach wegen kunt und gewissen sey. Darauf saget der egenant *Pacher,* das er kindesweis ze *der Newnstift* aufgezogen sei und gedenk guts gedenkes pey XXXIIII Jaren und lenger und sey mit sampt andern nachpaurn ze der *Newnstift* in Eeleichen taidingen am rechten gesessen und das puch *des Gotshauses* daselbs, Statut und gesetz hören lesen am offen rechten und gedächt nicht und hiet nicht gehört, das die nachpauren von der *Newnstift* noch niemand da wider nie geredt hieten, wann yetzund pey zway oder drey jaren. Und das im das wars kunt und gewissen sey, hat er vor mir und den nachgeschriben erberen leuten ainen gestalten aid gesworen mit auf gepoten vingern. Und also gib ich egenanter *Hainreich Seldenhorn* von gerichts wegen diese kuntschafft, verschriben und versigelt mit meinem aigen anhangenden Insigel, das ich von gerichts wegen daran gehengt han. Des sind gezeugen und auch pey dem sagen gewesen: der edel und veste *Hainreich Gessler, Wilhalm Rainperger aus dem Grassacher tal,* Herr *Barthelme von Gufidaun,* Herr *Ulreich, der Tömlinger von Bairen,* Herr

Niklas von Sunburg, Herr Jacob, der Künig, und ander erber leut vil. Das ist geschehen und der brief ist geben *auf Salern* an sand Anthonien tag nach Christi gepurt viertzehen hundert jar und darnach in dem XXX jare. (Registrat. vet. tom. II. fol 130[a.b].)

DCCXXXIX.

Anno 1431. — *Litera locacionis nove duorum pratorum in Ryed, que tenet villicus in Ragen in Brauneky.*

Ich *Asem Sell, Purger ze Brauneky,* bekenn offenleich mit dem brief und tun kunt allermännikleich, als ain gewaltiger Gerhab *Jacoben, weilent Symon, des Mayrs sun von Ragen in Brauneky,* von der stöss und zusprüch wegen, die der Erwidige *Herr Ulreich, Brobst zu der Newnstift,* hintz dem egenanten *Jacoben* gehabt hat von zwayer wisen wegen, die paide gelegen sind in *Räsner gericht im Ryed.* Von denselben wysen sy albeg über jar ains yeden *Brobsts* und des *gotshauses ze der Newnstift* pherden und ochsen, als oft und als vil sy der *zu Brauneky* haben, heu genug geben solten —, das sy aber lange zeit nicht getan haben. Und wann aber der egenant *Jacob* zu seinen tagen nicht gekomen was, han ich egenanter *Asem Sell* an seiner stat mit vollem gewalt als sein gerhab mich darumb angenomen und den egenanten Herrn *Ulreichen Brobst* mit sambt dem ersamen, andächtigen Herren *Niklasen, korherren zu der Newnstift* und *pharrer zu Olangen,* und dem edlen und vesten *Hainreichen von Lichtenstain, Wolfharten Stainperger, die zeit Richter zu der Newnstift,* und *Hansen Rech,* die zeit desselben *Gotshauses Ambtman in Pustertal,* erpeten und als verre da zwischen getaidingt, das er dem egenanten *Jacoben* und allen seinen erben die egenanten zwo wisen von newen dingen zu ewigen paurechten und zinsgut hingelihen und gelassen hat. — Und des zu urkund han ich egenanter *Asem* an stat und als ain gewaltiger Gerhab des egenanten *Jacoben* fleissikleich gepeten den erberen *Hansen Schräl, die zeit Richter zu Brauneky,* das er sein Insigel an disen brief gehengt hat. Des sind gezeugen: Die erberen *Hainreich und Ulreich, geprüder die Gerhard,* und *Augustin Tentsch, all drey purger ze Brauneky,* und ander erber leut vil. Das ist geschehen nach Christi

gepurt viertzehen hundert jar und darnach in dem ains und dreyssigisten jare. — (Registrat. vet. tom. II. fol. 280[b], 281[a].)

DCCXL.

Anno 1432. — *Litera data Margarethe virgini de Stubay pro provisione ejusdem.*

Wir *Ulreich, von gots verhengnuss Brobst,* und wir das *gantz Capitel des Gotshaus ze der Newnstift* Bechennen offenleich mit dem brief für uns und für alle unser nachkomen und Tun kunt. Als die erbere Junkhfraw *Margret, weylend Perchtolds, des Smides aus Stubay seligen eeleiche tochter,* etwievil jar hye bey uns der erberen weylend unsers vorvaren und herrn, herrn *Hainreichen Brost* seligen Swester, und hernach unser egenanten *Brobst Ulreichen* Muter, uns und unserm *Gotshause* pis her frümkhleich und erberkhleich gedient hat auf soleichen trost und gedingen, als sy denn allzeit begert und ir auch gäntzleich fürgenomen hat, ir leben hye pey uns in dem dienste gots des Herrn und der lieben Junkchfrawen Marie magtweys ze verzeren, ob wir Sy von soleichs irs verdienens wegen, als sy pisher unserm *Gotshause* getan hat und hinfür geren tun wold, mit Speyse und gewand ir lebtag versorgen wolden. Also haben wir angesehen ir frumkhhayt und auch ir ordenleich andächtiges leben und das Sy uns vorher in unsers egenanten *Gotshauses* notdurfften getrewleich gedient hat, darumb so haben wir der vorgenanten *Margreten* ain Narung nach irer notdurfft angeverd ir lebtag alle weyl, als sy pey dem egenanten *unserm Gotshause* wonet, verschriben und versprochen wissentleich mit dem brief von kuchen und von keller ze raychen und zugeben und auch zu versorgen mit wolleinem und leyneim gewande mit pelzen Stauchen und schuhen als Sy des bedarff angeverd. — Das ist geschehen ze der Newnstift nach Christi geburt viertzehen hundert jar, und darnach in dem zway und dreissigisten jare. (Registrat. vet. tom. III. fol. 259[a, b], 260[a].)

DCCXLI.

Anno 1433. — *Litera pro prebenda domini Magistri Bartholomei Furter de Insprukg.*

Wir *Ulreich, von gots verhengnuss Brobst, Pauls Techant* und der gantz *Convent des Gotshaus ze der Newnstift,* Bechen-

nen und tun kunt mit disem offen brief für uns und für alle unser nachkomen, das wir von dem ersamen Herrn *Maister Bartholomen Furter von Insprukg, pharrer zu Vilanders,* an beraiten gelt ingenomen und enphangen haben zway hundert ducaten an beraitem gold und zway pücher, ain gantz Bibel und secundam fidem *sand Thomas von Aquino,* da mit er uns zu grosser notdurft ist zu staten komen. Und umb dasselb gelt haben wir im ain phründe verschriben und versprochen ze geben sein lebtag allweil und wenn er in unserm *Kloster ze der Newnstift* wonhaft ist, verschreiben und versprechen im auch die wissentleich in kraft ditz briefs, als hernach vermerkht ist. Am ersten sullen und wellen wir dem egenanten *Maister Bartholomen* alltag raichen, so man nicht vastet, zway *Herren* Prott, und zway *Junchherren* Prott seinem Schuler auf den tag, und drey mass wein und aus der *Herren* hafen des morgens zway stukh fleisch in der prüe, zway stukh auf dem kraut, ain Rindreins und ain Sweineins, als es die *Herren* haben, ain gepratens als vil als ainem *Herrn* oder was man in an des gepratens stat gibt, und ain gersten. Dann auf die nacht zway stukh fleisch in der prüe ain gepratens und ain gemüs. Und so man nicht fleisch isset, so sullen wir in speysen von kuchen mit solher speyse als die *herren* zu gemainer tegleichen phründe in dem Refendt haben ungeverleich. Dann all mittichen und in dem Advent, so die *Herren* nicht fleisch essen, so sullen wir im geben solich fleisch als man es die zeyt für die erberisten in der kuchen hat. — Und wenn er in dem Refendt oder ze hof isset, so sol sein Schuler mit anderen Schulern essen —. Wir sullen im auch geben all wochen ain käs und all jar zwohundert grosser und ain hundert chlainer cherzen und zwen polsterschuch. Auch haben wir im ausgeschaiden zu seinem gemach sein lebtag das häusel auf dem gasthaus, das *Joachim, der Frass,* selig inngehabt hat. — Das ist geschehen nach Christi geburdt viertzehen hundert jar, und darnach in dem drew und dreissigisten jar. (Registrat. vet. tom. III. fol. 258^{b}, 259^{a}.)

DCCXLII.

Anno 1433. — *Bulla citacionis ad Concilium Basiliense in causa reformacionis religionis sancti Augustini canonicorum regularium.*

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis, in spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, dilecto ecclesie filio, *preposito Monasterii in Novacella,* ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, brixinensis dyocesis, salutem et omnipotentis dei benedictionem. Dudum hec sacra Synodus suis mandatis omnes et singulos ordinis sancti Augustini canonicorum regularium diversarum dyocesum et monasteriorum prelatos monuit et requisivit, ut de qualibet dyocesi pro ejusdem religionis, quod dolenter referimus, miserabiliter collapse reformacione aliqui ad hoc opus prosequendum ydonei eligerentur et ad hanc Synodum mitterentur, dictis tamen mandatis plerique prelatorum, jam longo tempore expectati negligenter et contumaciter, ut experiencia docuit, parere minime curarunt. Unde licet premissorum occasione propter hujusmodi contumaciam contractas penas canonicas, ipsis de jure debitas, merito possemus infligere, Nos tamen cum eis micius agere volentes tibi tenore presencium committimus et sub excommunicacionis pena, quam in te ferimus in hiis scriptis, canonica monicione premissa, si ea, que tibi in hac parte committimus et mandamus, neglexeris, distuleris aut recusaveris contumaciter adimplere, districte precipiendo mandamus, quatenus infra triginta dierum spacium a presentacione presencium literarum in propria persona ad hoc *sacrum Basiliense Concilium* veniendi iter tuum sine dolo et fraude continuando arripias, nisi forte corporis debilitate seu alias legitimo obstante impedimento eidem personaliter nequeas interesse, quo eciam casu de tuo Conventu aliquem doctum et expertum ac reformacioni dicti ordinis tui magis accomodum cum sufficienti mandato ad interessendum vice ac nomine tuis dicto concilio, qui similiter infra prefatum triginta dierum spacium iter suum ad ipsum sacrum concilium arripiat et continuet sub pena excommunicacionis antedicte, omni excusacione cessante, mittere studeas cum effectu. Volumus autem, ut postquam per te vel tuum procuratorem legitimum, ut premittitur, hic comparueris, dyocesano tuo pro sub-

sidio faciendo contribuere minime tenearis. Datum *Basilee* Non. Augusti sub anno a nativitate domini M. CCCC. XXXIII.

Johannes Freudenberger. (Registrat. vet. tom. I. fol. 18[b].)

DCCXLIII.

Anno 1433. — *Procuratorium nuncio misso ad concilium basiliense datum.*

Sacrosancte Basiliensi Synodo, gracia congregate spiritus septiformis, universalem ecclesiam representanti, devotus ejusdem *Udalricus, Monasterii beate Marie in Novacella,* ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, brixinensis dyocesis, prepositus, cum omni humillima recommendacione et obediencia debita suas in domino preces. Perceptis pridem per me reverenter, ut decuit, ipsius *sacrosancte Synodi* literis bullatis die ultima Octobris per honorabilem virum, *dominum Judocum, plebanum ecclesie parochialis in Mattray,* dicte dyocesis, presentatis, vim hujusmodi ammonicionis et requisicionis in se continentibus, quatenus infra triginta dies a presentacione earundem ad dictum sacrosanctum *Basiliense Concilium* accedendum iter propria in persona arripere et sine dolo et fraude continuare debuissem sub penis, in eodem mandato comprehensis, ad prosequendum et pertractandum ea, que pro dicte religionis reformacione accomoda videbuntur, quibus quidem ipsius *Sacre Synodi* mandatis veluti filius obediens obtemperando veniendi ibidem eciam in persona propria ad iter me disposui predictum necessaria aptando inicio ex affectu, sicut et ceteri ipsius ordinis zelatores, desiderans videre ejusdem sacre religionis reformacionem, proximis tamen hiis diebus notabili infirmitate acerrime afflictus propositum meum preconceptum et iter hujusmodi perficere nequibam ista vice, eciam aliis supervenientibus causis, meo nomine proponendis et deducendis. Ideoque de circumspectione et industria dilecti in Christo fratris, *Casparis, Monasterii predicti professi* et longis temporibus in dicta religione approbati, confidens eundem presentem et onus hujusmodi in se sponte suscipientem ordino, facio et constituo procuratorem et nuncium specialem et generalem dando et concedendo eidem plenariam potestatem et auctoritatem in dicto *sacro Concilio* vice et nomine meis comparendi et interessendi unacum aliis venerabilibus patribus et dominis ordinis prelibati prelatis, et ad consenciendum in omnibus et per omnia cum eisdem, que depu-

tati ab *ipsa sacra Synodo* pro reformacione religionis predicte ordinabunt, diffinient, decreverint aut pronunciabunt, et ad omnia alia et singula facienda, agenda et pertractanda, que de jure ipsemet facere possem aut deberem, eciam si presens et personaliter interessem, queque ad reformacionem predictam pertinent, pertinebunt seu pertinere quolibet modo dinoscuntur. Ratum et gratum me habiturum promitto, quidquid per eundem procuratorem meum et nuncium in premissis actum, dictum, factum, gestum, conclusum, concordatum seu quovis modo fuerit procuratum. In cujus rei testimonium atque fidem presentes literas seu presens publicum procuracionis mandatum per notarium infrascriptum exinde fieri atque sigilli proprii jussi appensione communiri. Datum et actum in *Monasterio novecellensi* antedicto Mensis Novembris die vigesima sexta, Indictione XI. Anno domini M. CCCC. XXXIII., presentibus honorabilibus et discretis viris, domino *Johanne Jordani, presbytero, Andrea Rangker*, clerico, *Newnburgensis et brixinensis dyocesis*, ac *Georgio Winkler, Merseburgensis dyocesis, Rectore scolarum Monasterii nostri prefati*, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego *Laurencius Hamer de Salburg, Newnburgensis dyocesis*, publicus imperiali auctoritate notarius, quia dicti procuratoris institucioni, ordinacioni, ratihabicioni et potestatis tradicioni et omnibus aliis et singulis, dum, sic ut premittitur, per dictum *dominum prepositum* ac coram me agerentur et fierent, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum seu literas, per alium fidelem, me aliis preoccupato negociis, scriptas de mandato prefati *domini prepositi* exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine, meis solitis et consuetis, unacum dicti *domini prepositi* appensione sigilli roborando consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum vocatus et requisitus. (Registrat. vet. tom. III. fol. 284[a, b].)

DCCXLIV.

Anno 1434. — *Litera Sigismundi Imperatoris, confirmans in generali omnia privilegia Monasterii novecellensis, specialiter tamen emunitatem ad ipsum confugiencium cum pena C marcarum auri.*

Wir Sigmund, von gots gnaden Römischer Kayser, zu allen zeiten Merer des Reichs, und zu Hungern, ze Behem, Dalmacien, Croacien etc. künig, Bekennen und tun kunt offenbar mit disem brief allen den, die in sehen oder hören lesen. Wie wol unser kaiserleiche wirdigkait, darinn wir von gotleicher schykung gesetzt sein, alzeit genaigt und willig arbait ze tuen berait ist, wie sy aller und yegleicher des heiligen Römischen reichs undertanen und getrewer nutz, frid und gemache schaffen müge, yedoch ist sy mer willig und genaigt, die gaistleichen personen, die dem almächtigen got im gaistleichem, fleissikleichen und andächtigleichen dienen und in für uns pitten, nutz, frid und gemach zu bestellen, und sy auch mit sunderleichen gnaden, freyhaiten, rechten, privilegien und guten gewonhaiten ze bedenken, gnädikleich zu hanthaben und zu schyrmen, das sy Christum unsern herrn, des fridens liebhaber, in fridleichem und gerubtem leben dester bas geloben und inniklicher anpeten mögen. Wan wir nu von wegen des ersamen *Ulreichs, Brobstes und des gantzen Convents des Chlosters zu der Newnstift,* Brixner Pistumbs, diemütikleich gepeten sein, das wir im, seinem *Convent und Chloster* und iren nachkomen all ir gnad, freyhait, Privilegia und briefe, die in von römischen *Kaysern und Künigen,* unsern vorvaren am reich, auch *Hertzogen, Grafen, herren und andern gelaubigen und christenleichen menschen* gegeben sind, sunderleich den brief, den in *Kayser Fridreich* geben hat, und auch die freyung, die sy habent von *Bischof Bruno von Brixen* und *Graf Meinharten und Graf Albrechten von Tyrol* und von den *Herren von Taufers,* zu bestetigen, zu vernewen und zu confirmiren gnädikleichen geruchten. Des haben wir angesehen sölhe fleissige und diemütige pet, auch sölhe löbleiche gotsdienst, der stetikleichen in dem *selben Kloster* mit singen, lesen und andern guten wercken volbracht wirdet, und haben darumb mit wolbedachtem mute, gutem rate und rechtem wissen dem *vorgenanten Brobst,* seinem *Convent* und allen iren nachkomen all und igleiche vorgenante ir gnad, freyhait, privilegia und briefe

und auch all ir gericht, Recht, gut gewonhait und herkommen und all ir leut und güter, zins, Rent, gült, nutzung, zehent, zöll und meutt, die sy besitzen und redleich herbracht hant in allen iren püncten, artikeln und maynungen gleicher weis, als ob die von wort ze wort hierinn begriffen wären, gnadikleich bestätigt, vernewet und confirmirt, bestätigen, vernewen und confirmiren die in auch von *Römischer kayserlicher macht* in kraft ditz briefs. Auch haben wir das egenant *Gotshaus Newnstift* mit sundern gnaden bedacht, also das sy die vorgeschriben herkomen freyung, die in gegeben ist von dem vorgenanten *pischof Bruno und Grafen von Tyrol,* also haben ewikleich sullen inwendig als weit die maur des selben gotshauss begreifft, wer dar zu chert von redleicher und erbär sach wegen und das in nyemand darinn greiffen sülle mit dehainer gewaltsam. Und darumb gepieten wir allen und yegleichen fürsten, gaistleichen und weltleichen, Grafen, Freyen, Herren, Rittern, Knechten, Ambtleuten, Vitztumben, Richtern, Burgermaistern, Räten und gemainden und allen andern unsern und des Reiches undertanen und getrewen ernstleich und vestikleich mit disem brief von *Römischer kayserleicher macht,* das sy den *vorgenanten Brobst,* seinen *Convent* und ire nachkomen an den vorgenanten iren gnaden, freyhaiten, privilegien, priefen und unserr bestätigung nicht hindern oder irren in dehain weis, sunder sy dapey beleiben und der geruhleichen in allen enden gepraüchen und geniessen lassen, als lieb in sey, unser und des heiligen Reichs swere ungenad zu vermeiden und die pen in den vorgenanten priefen begriffen und dar zu hundert markch lötiges goldes, die halbe in unser kayserleiche chamer und ain viertail dem Lantsfürsten, darinn das egenant *chloster* gelegen ist, und das ander viertail demselben *chloster* unlässlich gefallen sol, von ainem yegleichen, der sölichs überfür, zu betzalen. Mit urkund ditz briefs, versigelt mit unserer kayserleichen maiestat anhangendem Insigel. Geben zu *Ulme* nach Christs gepurt viertzehen hundert jar und darnach in dem vier und dreissigisten jare an Suntag nach sand Bonifacien tag, Unserr reiche des *Hungrischen* etc. im acht und viertzigisten, des *Römischen* im vier und zwaintzigisten, des *Behemischen* in viertzehenden und des *Kaysertums* in andern jaren.

Ad mandatum Domini Imperatoris. Caspar Sligk, Miles, Cancellarius. (Registrat. vet. tom. I. fol. 56^{b}, 57$^{a, b}$.)

DCCXLV.

Anno 1434. — *Litera sive vidimus sigillatum domini Oswaldi Wolkenstainer pro pena supra scripta per eundem exequenda; que litera post obitum prescripti domini Oswaldi de Wolkenstain Monasterio novecellensi est presentata.*

Ich *Oswald von Wolkenstain,* Ritter, bekenn. Als der allerdurchleuchtigste fürst und herr, *her Sigmund, Römischer Kayser,* mein *gnädigster herr,* mit seinem brief under seiner kayserleichen maiestat Insigel dem wirdigem *Gotshaus zu der Newnstift* alle seine privilegia, brief, eehaft und freyhait vernewet, bestätigt und confirmirt hat pey ainer merkleichen peen, in dem selben seinem kayserleichen freybrieff mit mer worten begriffen, darüber gegeben. Der selben peen, als vil im der zu seinem oder seiner nachkomen tail gepürt, hat der selb mein obgenanter, *genädigster herr,* mich und all mein erben zu ainem gewaltigen executoren und Inbringer gesetzt und geordent, von männikleichen intzepringen, als oft die überfaren wirdt, nach ausweisung des briefs, den ich von seinen gnaden darumb inn han und den man hinder mir oder meinen erben vinden und suchen sol, wenn wir darumb von des egenanten *gotshauses* wegen ermant werden, und lautet in aller masse und form, als hernach von wort ze wort geschriben stet, nicht gemert, gemynnert noch verändert. Darumb zu rechter urkundt und gezeugnüsse der warhait so han ich ditz geschrift mit meinem anhangendem Insigel versigelt.

Wir Sigmund, von gots gnaden Römischer Kayser, zu allen zeiten merer des reichs, und zu Hungern, zu Beheim, Dalmacien, und Croacien etc. kunig, Bekenn und tun kunt offenbar mit disem brief allen den, die in sehen oder hören lesen, wie wol das *Chloster und Gotshaus zu der Newnstift,* Regulirer korherren Augustins ordens, in Brixner Pistumb gelegen, von unsern vorfaren am reiche, *Römischen Kaysern und künigen,* begenadet ist manigfältikleich und gefreyet und sy auch pene und busse darauf gesetzt hand, in solhen briefen und privilegien begriffen, das nyemand da wider tun noch die überfaren solte, als denn das sölhe privilegia und briefe, die wir dem selben *Chloster* auch genädikleich bestätigt haben, aigenleicher inn haben. Yedoch so ist uns für bracht mit klage und wir haben verno-

men, wie das dem selben *Chloster und gotshause* sölhe seine freyhait und privilegia, gnade und rechte von etwie vil leuten oft werden überfaren und da wider getan wirdt, *dem Brobst, Convent und kloster zu der vorgenanten Newnstift* zu grossem schaden, Sölichs uns von des reichs wegen nicht ze leiden noch zu gestatten ist, und wir davon die pene, die dann die übertreter sölher kayserleicher freyhait vervallen, inbringen wellen, und wan wir besunder gut getrauen zu dem edlen *Oswalden Wolkenstainer, Ritter, unserm Rat und lieben getrewen* haben, das er sölher sachen an unserr und des reichs stat und namen wol wirdt aus gewarten und die pene inbringen, Darumb mit wolbedachtem mute, gutem rate und rechter wissen haben wir dem egenanten *Oswalden Wolkenstainer* und allen seinen erben mannes geschlächtes bevolhen und vollen gewalt und macht gegeben, bevelhen und geben im gewalt von *Römischer kayserleicher macht* mit disem briefe von allen und yegleichen leuten, in welhem state und wesen die sind, die wider des genanten *klosters zur Newnstift* freyhait und privilegia täten oder tun würden, unsern und des reiches tail und recht an der pene und busse nach inhalt der privilegia und briefe des yetz genanten *klosters,* die yemand also von söleichs überfarens der gnaden und freyhaiten wegen in unser und des heiligen reichs kamer verfallen wirdet, von unsern und des selben reichs wegen namen und stat inzebringen, ze vodern und inzenemen und da mit ze tun nach unserm und unserr nachkömen gehaiss und befelhnüss, so lang und uns und unsern nachkomen am reiche das wol gefellet und wir des nicht widerrufen. Und wir gebieten auch darumb allen und yegleichen fürsten, Grafen, Freyen, Edlen, Rittern und knechten, Ambtleuten, richtern, Burgermaistern, räten und gemainden und sünst allen unsern und des reichs undertanen und getrewen ernstleich und vestikleich mit disem brief, wenn sy des von dem vorgenanten *Wolkenstainer* ermant werden, das sy im dann beholfen sein süllen, sölhe vorberürte unser und des reichs taile an den penen inzubringen pey unsern und des reichs hulden. Mit urkundt diss briefs, versigelt mit unserm kayserleichen anhangendem Insigel. Geben zu *Ulm* nach Christs gepurde viertzehen hundert jar und darnach in dem vier und dreissigisten jar an sand Veits abend, *Unserer reiche, des hungrischen etc. im Acht und viertzigisten,*

des Römischen im vier und zwaintzgisten, des Behemischen im viertzehenden und des Kaysertumbs im andern jaren.

Ad mandatum domini Imperatoris d. Caspare, Cancell. referent. Petrus Kalde, Prepos. northuss. (Registrat. vet. tom. I. fol. 57[b], 58[a, b].)

DCCXLVI.

Anno 1434. — *Karolina de libertate ecclesiastica data per Concilium Basiliense.*

Sacrosancta generalis *Synodus Basiliensis,* in spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, *dilectis ecclesie filiis, Saltzeburgensis et Tridentinensis ac Chyemensis ecclesiarum prepositis,* salutem et omnipotentis Dei benedictionem. Ad compescendos conatus nefarios perversorum, qui personas et loca ecclesiastica super bonis et juribus suis offendere ac multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis per *sacrum generale Concilium* decet de opportuno remedio provideri, quanto amplius turbaciones hujusmodi et molestie in divine majestatis offensam nec non ecclesiastice libertatis redundare dispendium dinoscuntur. Dudum siquidem, cum in diversis mundi partibus consules civitatum et rectores nec non alii, qui potestatem habere videbantur, tot onera frequenter imponerent ecclesiis, ut deterioris condicionis factum sub eis sacerdocium videretur, quam sub Pharaone fuisset, qui legis divine noticiam non habebat, quique, omnibus aliis servituti subactis, sacerdotes et possessiones eorum in pristina libertate dimisit et de publico eis alimoniam ministravit, in *Concilio lateranensi* ecclesie immunitati providendo sub anathematis districtione prohibitum existit, ne consules, rectores aut alii predicti ecclesias et viros ecclesiasticos talliis seu collectis aut exactionibus aliis aggravare presumerent, transgressores aut fautores eorum precipiendo anathematis sentencie subjacere, donec satisfactionem impenderent competentem. Et eciam deinde in *generali Concilio* editum fuit, quod si episcopi forte simul cum clericis eciam, si tantam necessitatem vel utilitatem inspicerent, ut absque ulla coactione ad relevandas communes utilitates vel necessitates, ubi laicorum non suppeterent facultates, subsidia per ecclesias laicis ducerent concedenda, minime super hoc consulto *romano Pontifice,* concessiones et sentencie, que a talibus

vel de ipsorum mandato forent promulgate, essent irrite et inanes, nullo umquam tempore valiture; ac eciam in ipso *generali Concilio* decretum existit, illum, qui infra tempus sui regiminis propter fractionem constitucionum vel sanctionum hujusmodi sustineret anathema, tamquam post illum non esset ad satisfactionis debitum compellendus, nec non ipsius successorem, qui non satisfaceret infra mensem, manere ecclesiastica censura conclusum, donec satisfaceret competenter. Postmodum vero felicis recordacionis *Honorius papa III.,* attente considerans, quod quondam *Fridericus secundus, romanus Imperator,* tunc sub obediencie et devocione sancte romane ecclesie persistens, ad laudem ejusdem ecclesie et sacri decus *romani Imperii* cupiens, ut, expurgatis quorundam erroribus et iniquis statutis penitus destitutis, de cetero ecclesie et ecclesiastice persone plena vigerent quiete et secura libertate gauderent, ac pie et juste attendens, quod quorundam perversorum iniquitas adeo habundavit, ut non dubitaretur, contra ecclesiasticam disciplinam et sacros canones statuta sua configere et adversus ecclesiasticas personas et ecclesiasticam libertatem, edictali lege hujusmodi statuta irritaverat et preceperat irrita nunciari et omnia statuta et consuetudines, que civitates, loca, potestates vel consules aut quecunque alie persone contra libertatem ecclesie vel personas ecclesiasticas hujusmodi edere aut servare temptarent contra canonicas vel imperiales sanctiones, infra duos menses post ipsius legis publicacionem penitus aboleri facerent, et si de cetero talia attemptarent, illa ipso jure decrevit esse nulla et eos sua jurisdictione privatos nec non locum, ubi talia deinceps presumpta fuissent, banno mille marcharum auri fisco imperiali preceperat subjacere, potestates vero, consules, statutarii et scriptores statutorum predictorum nec non consiliarii locorum ipsorum, qui secundum statuta et consuetudines memoratas judicarent, ex tunc essent ipso jure infames, quorum sentencias et actus legitimos statuerat aliqualiter non tenere; quodque si per annum prefatarum constitucionum inventi fuerint conceptores, bona eorum per totum suum imperium mandavit impune ab omnibus occupari, salvis nichilominus aliis penis contra tales in eisdem *generalibus Conciliis* promulgatis; et insuper voluit idem tunc *Imperator,* quod nulla communitas vel persona publica seu privata collectas, exactiones, angarias vel perangarias ecclesiis vel aliis piis locis aut ecclesiasticis personis hujusmodi imponere

vel invadere ecclesiastica bona presumeret, quod si secus faceret et requisita ab ecclesia vel imperio hujusmodi emendare contempneret, tripliciter refunderet et nichilominus banno imperiali subjaceret, quod sine satisfactione debita nullatenus remitteretur; statuerat insuper, quod quecunque communitas vel persona per annum in excommunicacione propter libertatem ecclesie violatam persisteret, ipso jure similiter dicto banno imperiali subjaceret, a quo nullatenus extraheretur, nisi prius ab ecclesia beneficio absolucionis obtento; et insuper ordinavit, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali questione vel civili ad judicium seculare trahere presumeret contra easdem canonicas sanctiones et constituciones imperiales, quod si secus faceret, actor a suo jure caderet et judicatum non teneret et judex foret ex tunc judicandi auctoritate privatus; quodque judices temporales, qui clericis et personis ecclesiasticis justiciam denegare presumerent, tercio requisiti suam jurisdictionem amitterent; constitucionem ipsam de consilio eciam fratrum suorum, *sancte romane ecclesie cardinalium,* qui tunc erant, auctoritate apostolica approbans et confirmans, ipsam mandavit inviolabiliter observari nec non statutarios et scriptores ac violatores predictos excommunicatos eadem auctoritate nunciari. Et deinde ad audienciam dive memorie *Caroli quarti, eciam romani Imperatoris, semper Augusti,* deducto, quod nonnulle persone seculares in potestatibus et officiis publicis constitute, videlicet duces, marchiones, comites, barones et alii domini temporales nec non consules civitatum, oppidorum, villarum et locorum rectores in diversis provinciis ejusdem imperii, dei timore postposito, statuta singularia et iniquas ordinaciones motu proprio et de facto contra ipsas personas ecclesiasticas et ecclesiarum libertatem et eorum privilegia condiderant illisque de facto et publice utebantur contra canonicas et legitimas sanctiones, utpote quod nulla bona temporalia in potestatem ecclesiasticam transferrentur et ne clerici in sacris ordinibus constituti ad agendum et testificandum in civilibus et maxime in piis causis aliquatenus admitterentur quodque excommunicati laici et publice denunciati in civili foro minime repellerentur; et insuper predicti domini temporales, consules et rectores per secularem potestatem res et bona clericorum occuparent, arrestarent et oblaciones Christi fidelium minuerent atque refringerent, exactiones et tallias indebitas de bonis et redditibus ecclesiarum exigerent

et extorquerent, possessiones ecclesiarum et personarum earundem devastarent incendiis et rapinis, contractus, inter clericos et laicos factos legitime, ad libros civitatum, villarum et locorum predictorum inscribere et sigillare recusarent donataque et legata ad fabricas et ecclesiarum structuras contra prelatorum voluntatem et aliorum, quorum interèrat, temere usurpare presumerent ac in fraudem et odium clericorum de bonis eciam et rebus eorundem clericorum, quas non causa negociacionum sed pro eorum propriis usibus per eorum terras ducebant, seu duci faciebant, thelonium exigere et recipere non verebantur et confugientes ad ecclesias et earum cimiteria inde extrahere contra canonicas et imperiales sanctiones hujusmodi presumpserant et presumebant, idem *Karolus, imperator,* tamquam christianissimus princeps, volens in premissis providere de remedio salutari eciam de quorundam principum, ducum, comitum, baronum fideliumque aliorum *sacri imperii* sepe dicti consilio, auctoritate imperiali quecunque statuta et consuetudines predictas, tamquam per canonicas et civiles sanctiones reprobatas, cassavit, irritavit et annullavit ac cassas, irritas nulliusque voluit esse roboris et momenti, precipiens sub imperialis banni pena universis et singulis principibus et dominis imperialibus, consulibus, potestatibus et aliis in officiis publicis in eodem imperio constitutis, quatenus ex tunc ipsorum statuta et ordinaciones, si in prejudicium ecclesiastice libertatis edita fuerant, omnino revocarent et de luce tollerent quodque secundum ea non judicarent amplius nec sentencias dictarent aut eisdem in judicio vel extra judicium quomodolibet pro se et contra eandem ecclesiasticam libertatem uterentur. Pronunciavit insuper et eadem decrevit auctoritate, quod quicunque laicus, cujuscunque status et condicionis existeret, ausu sacrilego et proprie temeritatis audacia sacerdotem vel clericum secularem aut religiosum diffidaret, proscriberet, captivaret, spoliaret, occideret, mutilaret aut in carcere detineret vel hujusmodi maleficia perpetrantes scienter receptaret vel eis favorem prestaret, preter penas, a sacris canonibus et legalibus sanctionibus in tales inflictas, eo ipso redderetur infamis et omni honore privatus nec ad placita vel consilia nobilium admitteretur quovis modo, hortans insuper et in domino requirens ecclesiasticos prelatos in illis partibus, in quibus committerentur talia, constitutos, ut legem imperialem hujusmodi per eorum

ecclesias et synodos publicarent, ne transgressores hujusmodi per simulatam ignoranciam suam valerent in hac parte maliciam excusare, prout in constitucionibus et sanctionibus *Conciliorum et Honorii* predictorum, ac imperialibus prefatis plenius continetur. Cum autem, sicut lamentabili querela dilectorum ecclesie filiorum, *prepositi et conventus Monasterii Novecelle, alias ad gracias sancte Marie, ordinis sancti Augustini,* per prepositum soliti gubernari, brixinensis dyocesis, nuper accepimus, nonnulli principes, duces, comites, barones et alie seculares potestates, earundem constitucionum et sanctionum canonicarum et legalium forsan ignari, contra ipsas *a preposito et conventu,* predictis, communiter vel divisim forsan tallias et gabellas ac alias exactiones illicitas hactenus extorserint et adhuc extorquere nitantur ac eciam bona *prepositi et conventus* predictorum invaserint, arrestaverint, occupaverint, detinuerint et suis usibus applicaverint nec non occupare, invadere, arrestare, detinere et suis usibus applicare similiter et de facto presumant in animarum suarum periculum nec non *prepositi et conventus,* predictorum, non modicum in prejudicium et damnum, Nos, *preposito et conventui,* predictis, in premissis opportune providere volentes, discrecioni vestre per hec nostra scripta in virtute obediencie sancte districte precipiendo mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios *preposito et conventui,* predictis, contra quoscunque transgressores et violatores constitucionum et sanctionum earundem, cujuscunque gradus, dignitatis et excellencie fuerint, efficacis defensionis auxilio assistentes non permittatis, eos contra canonicas et legales sanctiones hujusmodi indebite molestari, nec non easdem constituciones, ubi et quando expedire videritis, solenniter publicantes faciatis transgressores et violatores hujusmodi, si et prout justum fuerit ac ubi et quociens expedierit, tamdiu excommunicatos et anathematizatos publice nunciari, donec ab earundem talliarum, collectarum, imposicionum et quarunlibet extorsionum violencia nec non bonorum *prepositi et conventus,* predictorum, invasione, arrestacione, occupacione, detencione et applicacione omnino desistant nec non eciam efficaciter restituant eisdem, *preposito et conventui,* occasione premissorum, per eos communiter vel divisim lesis seu gravatis, tallias, gabellas et exactiones ipsas ac eciam bona *prepositi et conventus,* predictorum, arrestata, occupata, detenta et applicata ipsis aut que per

se vel alios illo pretextu quomodolibet receperint ymo verius temere et illicite usurpaverint a se libere omnino relaxent ac in manibus vestris juraverint, quod de cetero talia non committant et ea committentibus non prestent auxilium, consilium vel favorem, contradictores per censuram ecclesiasticam et alia juris opportuna remedia compescendo, invocato eciam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Ceterum si forsan hujusmodi transgressorum ac violatorum vel ea fieri mandancium ipsisque consenciencium seu dancium illis per se vel alios directe vel indirecte, publice vel occulte, auxilium, consilium vel favorem, presencia pro monicionibus et requisicionibus, per vos de ipsis faciendis, secure vel commode haberi nequiret, Nos vobis moniciones et requisiciones hujusmodi ac citaciones quaslibet per edicta publica, locis affigenda publicis, de quibus sit verisimilis conjectura, quod ad noticiam citatorum et monitorum hujusmodi pervenire valeant, faciendi plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem volentes, quod moniciones, requisiciones et citaciones hujusmodi perinde ipsos citatos, requisitos et monitos, ut premittitur, arceant, acsi eis facte et insinuate presencialiter et personaliter extitissent, non obstantibus tam pie memorie *Bonifacii, pape VIII.*, quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem vel dyocesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue dyocesis ad judicium evocetur, seu ne judices extra civitatem vel dyocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere aut alii vel aliis vices suas committere seu aliquos ultra unam dietam a fine dyocesis eorundem trahere presumant, dummodo ultra duas dietas aliquis auctoritate presencium non trahatur, ac de personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis, quam aliis constitucionibus apostolicis contrariis quibuscunque, aut si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per literas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mencionem. Datum *Basilee* VII. Idus Augusti Anno a nativitate domini M. CCCC. XXXIIII. (Registrat. vet. tom. I. fol. $9^{a, b}$, $10^{a, b}$, 11^{a}.)

C. Kuenlein.

DCCXLVII.

Anno 1434. — *Procuratorium ad extrahendum processus executorios super eadem prefata Karolina.*

In nomine domini Amen. *Nos Ulricus, dominica permissione prepositus Monasterii novecellensis,* alias ad gracias sancte Marie, ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, brixinensis dyocesis, et nos *Paulus, Decanus, Anthonius Velser, Güntherus Ratfelder, Valentinus Tentsch, Conradus Nolf, Johannes Fuchs, Johannes Parvi, Hainricus Yaud, Ulricus scolasticus, Conradus Starkh, Johannes Puttinger, Erasmus Hayden, Christannus de Sunburga et Erasmus Lämpl, canonici dicti Monasterii,* ad sonum campane in capitulo *dicti Monasterii* more solito congregati ad infra scripta peragenda capitulantes capitulumque et conventum *ipsius Monasterii* tenentes, facientes et recipientes, notum facimus per presentes, quod nos unanimiter et concorditer omnes et singulariter singuli omnibus, modo, via, jure, causa et forma, melioribus, quibus possumus et debemus, fecimus et constituimus, creavimus et solempniter ordinavimus ac presentibus facimus, constituimus, creamus et ordinamus nostrum *dictique nostri Monasterii* verum, certum, legitimum et indubitatum procuratorem, öconomum, actorem, factorem et negociatorem infrascriptorum gestorum nunciumque specialem et generalem honorabilem et religiosum virum, dominum *Nicolaum Scheyber,* confratrem nostrum dilectum et presentem et onus procuracionis hujusmodi in se sponte suscipientem, dantes et omnimodam potestatem tribuentes, nostro dictique *nostri conventus* nominibus quasdam bullas *sacrosancte Basiliensis Synodi,* in forma *Karolina* nobis concessas et a nobis impetratas et obtentas, quibuscunque judicibus seu executoribus, in eisdem literis deputatis, intimandi, insinuandi et publicandi et, ut ad execucionem debitam earundem procedant, monendi et requirendi ac processus necessarios in forma solita decerni petendi, impetrandi et obtinendi cum censuris ecclesiasticis ad hoc opportunis et ad omnia alia et singula procedi petendi juxta earundem literarum continenciam et tenorem eciam, si opus fuerit, in judicio standi et comparendi vice et nomine nostris; libellum seu libellos dandi et offerendi, dari recipique petendi, de calumpnia vitanda et veritate dicenda et quodlibet

alterius generis sacrum, licitum et necessarium jusjurandum in animas nostras prestandi et prestari petendi, litem contestandi ac contestari videndi, ponendi et articulandi ponique et articulari videndi, posicionibus et articulis respondendi eisque responderi petendi, testes, literas, scripturas et quecunque alia munimenta in modum probacionis producendi et produci videndi, contra testes et eorum dicta et quecunque ex adverso producta excipiendi et opponendi, replicandi, duplicandi, triplicandi et quadruplicandi, concludendi et concludi petendi ac ad omnes et singulos terminos procedi petendi, prout status et natura cause seu causarum exigunt et requirunt, sentenciam seu sentencias fieri petendi et audiendi et ab ea seu ab eis ac a quocunque gravamine nobis illato vel inferendo procurandi et appellandi et appellacionem seu appellaciones hujusmodi persequendi melioribus, modo et forma, quibus nobis videbitur expedire, unum vel plures procuratores loco sui substituendi, quibus sic substitutis uni vel pluribus ad actus prescriptos eandem eciam ex nunc conferimus potestatem, substitutosque et substituendos hujusmodi revocandi, prout nobis ac predicto procuratori nostro videbitur expedire, de quo nobis omnimodam reservamus potestatem, presenti nichilominus procuratorio in suo robore duraturo, et generaliter ad omnia alia et singula faciendi, dicendi, procurandi, que nos constituentes faceremus ac facere possemus, si personaliter interessemus, eciam si specialis mandati expressio fuerit facienda, promittentes bona fide sub voto religionis, prout unum quemque nostrum tangit, ratum et gratum nos inviolabiliter observaturos, quidquid per dictum procuratorem et oeconomum nostrum ac substitutos ab eodem seu substituendos actum, dictum, factum, gestum seu quolibet modo fuerit procuratum, volentesque ipsum et substitutos et substituendos hujusmodi ab omni onere satisdandi relevare sub bonorum nostrorum obligacione et ypotheca. In quorum omnium robur et certitudinem presentes literas per notarium publicum infrascriptum exinde fieri ac nostrorum, *prepositi et conventus,* predictorum, jussimus et fecimus appensione sigillorum communiri. Datum et actum in *Monasterio novecellensi* predicto mensis Octobris die duodecima, anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo quarto, Indictione duodecima, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini *Eugenii, divina providencia pape quarti,* anno quarto, presenti-

bus ibidem honorabilibus viris, dominis *Bartholomeo Furter, magistro in artibus, et Johanne Jordani, presbyteris, prebendariis nostris,* ac *Georio Winkler, rectore scolarum in Novacella,* et *Andrea Rangker,* familiare nostro, clericis newnburgensis et brixinensis dyocesis ad premissa in testimonium vocatis.

Et ego *Laurencius Hamer de Salburg,* clericus newnburgensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia predicti procuratoris constitucioni, ordinacioni omnibusque et singulis premissis, dum, sicut premittitur, agerentur et fierent, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideoque presentes literas seu presens publicum instrumentum manu mea propria scriptas seu scriptum de mandato dictorum dominorum, *prepositi et conventus,* exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine, meis solitis et consuetis unacum appensione sigillorum dominorum, prepositi et conventus, prefatorum, consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus. (Registrat. vet. tom. I. fol. $11^{a, b}$, 12^{a}.)

DCCXLVIII.

Anno 1434. — *Processus execucionis super Karolina.*

Serenissimo et invictissimo principi ac domino, domino *Sigismundo, divina favente clemencia Romanorum imperatori, semper Augusto, ac Hungarie, Bohemie, Croacie, Dalmacie etc. regi,* Vestre majestatis ac regnorum vestrorum felicis prosperitatis augmentum, Reverendisque in Christo patribus, dominis, *Archiepiscopo saltzburgensi ac tridentinensi, augustensi, brixinensi et gurcensi, episcopis,* eorunque et cujuslibet ipsorum in spiritualibus vicariis et officialibus, generalibus, et universis et singulis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, succentoribus tam kathedralium quam collegiatarum ecclesiarum, canonicis mona-

steriorum et religiosorum quorumcunque ministris, generalibus et provincialibus, vicariis, custodibus, quardianis, sancti Johannis jerosolimitani et beate Marie Theutonicorum magistris, prioribus, commendatoribus, preceptoribus predicatorum, minorum, heremitarum sancti Augustini, beate Marie carmelitarum et quorunlibet aliorum ordinum fratribus, exemptis et non exemptis, decanis ruralibus et parochialium ecclesiarum rectoribus et eorum locatenentibus presbyteris, viceplebanis, cappellanis, curatis et non curatis, vicariis perpetuis, altaristis ceterisque presbyteris, clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscunque per provincias, civitates *et dyocesim salzburgensem, tridentinensem, augustensem* ubilibet constitutis, nec non *illustribus principibus Bavarie et Austrie, ducibus et comitibus Goricie* ceterisque, dominis, ducibus, lantgraviis, burggraviis, marchionibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibus, militaribus, justiciariis, judicibus eorunque officialibus majoribus, rectoribus, advocatis, capitaneis, magistratibus, ministracionibus, scultetis, proconsulibus, consulibus, scabinis, civibus, oppidanis, incolis, servientibus, scribis, forestariis et preconibus quarumcunque curiarum et locorum secularium terrarum, civitatum, comitatuum, oppidorum, castrorum, villarum, districtuum et locorum quorumcunque universis et singulis armigeris, Christi fidelibus, in spiritualibus temporalem jurisdictionem quamcunque exercentibus conjunctim vel divisim, quibuscunque nominibus censeantur, cujuscunque preeminencie, excellencie, dignitatis, status, gradus, ordinis vel condicionis existant, omnibusque aliis et singulis, quorum interest vel intererit quolibet modo in futurum, *Sigismundus, dei gracia prepositus et archidiaconus saltzburgensis*, executor ad infra scripta unacum infra scriptis in hac parte collegis cum illa clausula, quatenus vos vel duo ac unus vestrum per vos vel alium seu alios etc. a sacrosancta *generali Synodo basiliensi* deputatus, salutem in domino et mandatis nostris hujusmodi, ymo verius *sacrosancte Synodi*, firmiter obedire. Literas ejusdem *sacre Synodi*, ejus vera bulla plumbea in corda canapis more *ipsius Synodi* impendentes, bullatas, sanas et integras, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, ut prima facie apparebat, nobis per honorabilem virum, *Nicolaum Scheyber*, procuratorem et procuratorio nomine venerabilium virorum, *Ulrici, prepositi, Pauli, decani, et tocius conventus Monasterii novecel-*

lensis, alias ad gracias sancte Marie, ordinis sancti Augustini, brixinensis dyocesis, de cujus procuracionis mandato legitimis constabat documentis, presentatas, nos cum ea, qua decuit, reverencia recepisse noveritis per omnia in hec verba: *Sacrosancta generalis Synodus basiliensis,* in spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, dilectis ecclesie filiis . . . *saltzburgensis et tridentinensis et kyemensis ecclesiarum prepositis* salutem et omnipotentis dei benedictionem. Ad compescendos conatus nefarios perversorum, qui personas et loca ecclesiastica super bonis et juribus suis offendere et multiplicibus perturbare molestiis non verentur, tanto magis per sacrum decet *generale concilium* de opportuno remedio provideri, quanto amplius perturbaciones hujusmodi et molestie in divine majestatis offensam nec non ecclesiastice libertatis redundare dispendium dinoscuntur. Dudum siquidem, cum in diversis mundi partibus . . (reliqua, que secuntur, de verbo ad verbum consonant Karoline de libertate ecclesiastica date Nr. DCCXLVI.; in fine vero pergitur in hunc modum). Post quarum quidem literarum ipsius *Synodi* presentacionem et recepcionem, nobis factas, ut premittitur, fuimus per dictum dominum procuratorem pro parte prefatorum dominorum, *prepositi et conventus,* personarum principalium, debita cum instancia requisiti, quatenus ad execucionem dictarum literarum et in eis contentorum procedere dignaremur juxta traditam seu directam a dicta *Synodo* nobis formam. *Nos igitur Sigismundus, prepositus et archidiaconus saltzburgensis,* executor prefatus, attendentes requisicionem hujusmodi fore justam et racioni consonam rati volentesque mandatum *dicte Synodi* nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, auctoritate *dicte Synodi* nobis commissa et, qua fungimur in hac parte, vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet tenore presencium requirimus et monemus primo, secundo, tercio et peremptorie, vobis nichilominus et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie et sub penis infra scriptis districte precipiendo mandamus, quatenus prefatis, *preposito et conventui Monasterii novecellensis predicte* contra quoscunque transgressores constitucionum et sanctionum, de quibus in pretactis literis fit mencio, cujuscunque gradus, dignitatis et excellencie fuerint, efficacis defensionis auxilio assistentes non permittatis seu alter vestrum permittat, eos contra canonicas et legales sanctiones, in insertis literis expressas, indebite molestari;

vosque nichilominus viri ecclesiastici infra sex dierum spacium post presentacionem seu notificacionem presencium, vobis seu alteri vestrum factas, et postquam pro parte prefatorum dominorum, *prepositi et conventus* fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, immediate sequentes sex dies, quorum sex duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies vobis universis et singulis supradictis pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus, transgressores et violatores predictos ac communitates, personas publicas vel privatas, supra in insertis literis contentis culpabiles, auctoritate et tenore predicta requiratis et moneatis primo, secundo, tercio et peremptorie, quos nos eciam et eorum quemlibet sic requirimus et monemus, eis nichilominus et eorum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub penis supra et infra scriptis districte precipiendo mandamus, quatenus infra quindecim dierum spacium post monicionem et requisicionem vestras hujusmodi, per vos vel alium vestrum eis factas, immediate sequentes, quorum quindecim dierum quinque pro primo, quinque pro secundo et reliquos quinque dies eis et eorum cuilibet pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignetis, quos nos eciam assignamus eisdem, tallias, gabellas et quaslibet illicitas exactiones ac eciam bona mobilia et immobilia dictorum dominorum, *prepositi et conventus Monasterii novecellensis supradicti,* communiter et divisim arrestata, occupata, detenta vel applicata restituant et illa, que per se vel alios illo pretextu quolibet modo receperint seu verius temere usurpaverint, a se libere et omnino relaxent nec non ab earundem talliarum, collectarum, imposicionum et extorsionum violencia ac bonorum hujusmodi invasione, occupacione, detencione et applicacione penitus et omnino desistant statutaque et ordinaciones, in prejudicium dictorum, *prepositi et conventus,* supra dictorum, principalium factas, revocent et de luce tollant ac secundum illa amplius non judicent neque aliquem ex dictis, *prepositum et conventum* diffident, proscribant, captivent, spolient, occidant ac in carcere detineant vel hujusmodi maleficia perpetrantes scienter receptent vel eis favorem prestent nec eciam bona quecunque ad dictos, *prepositum et conventum,* spectancia et pertinencia transferant contra insertarum canonicarum et legalium sanctionum vim, mentem, effectum, exigenciam et tenorem, ac in manibus vestris jurent, quod de cetero talia non committant et ea committentibus

non prestent auxilium, consilium vel favorem. Quod si forte premissa omnia et singula, prout vobis mandantur, non adimpleveritis mandatisque nostris hujusmodi, ymo verius *dicte Synodi*, non parueritis realiter et cum effectu, nos in vos singulos supradictos, qui culpabiles fueritis in premissis, et generaliter in contradictores quoslibet et rebelles tam ecclesiasticos quam seculares, cujuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel condicionis existant, ex nunc prout ex tunc et ex tunc prout ex nunc singulariter in singulos, dicta canonica monicione premissa, excommunicacionis, in capitula vero, collegia et monasteria, conventus in hiis delinquencia, suspensionis a divinis et in ipsorum delinquencium ecclesias interdicti sentencias ferimus in hiis scriptis et eciam promulgamus. Vobis vero reverendis patribus, archiepiscopis et episcopis predictis, quibus ob reverenciam vestrarum pontificalium dignitatum duximus deferendum in hac parte, si contra premissa vel aliquid premissorum feceritis per vos vel per submissas personas, predicta sex dierum canonica monicione premissa, ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis; si vero hujusmodi interdictum per alios sex dies immediate sequentes sustinueritis, vos, similiter canonica monicione premissa, in hiis scriptis suspendimus a divinis; verum si prefatas interdicti et suspensionis sentencias per alios sex dies prefatos, duodecim dies immediate sequentes, animo, quod absit, sustinueritis indurato, vos, similiter canonica monicione premissa, in hiis eisdem scriptis excommunicacionis sentencia innodamus. Ceterum cum ad execucionem ulteriorem in presenti negocio faciendam nequimus quoad presens, aliis prepediti negociis, personaliter interesse, universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, sacristis, thesaurariis, tam kathedralium quam collegiatarum ecclesiarum canonicis, parochialium ecclesiarum rectoribus seu loca tenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, cappellanis, curatis et non curatis, vicariis perpetuis, altaristis ceterisque presbyteris, clericis, notariis et tabellionibus publicis quibuscunque per provincias, civitates, dyoceses predictas et alias ubilibet constitutis, et eorum cuilibet in solidum super hujusmodi mandati dicte *sacrosancte Synodi* atque nostra facienda ulteriori execucione tenore presencium committimus plenarie vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, quos nos eciam et eorum quemlibet tenore

presencium requirimus et monemus primo, secundo, tercio et peremptorie eisque nichilominus et eorum cuilibet in virtute sancte obediencie, et sub excommunicacionis pena, quam in eos et eorum quemlibet, nisi fecerint ea, que mandamus, supra scripta canonica monicione premissa, ferimus in hiis scriptis, districte precipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spacium post notificacionem presencium, eis vel eorum alteri factam, et postquam pro parte prefatorum dominorum, *prepositi et conventus Monasterii novecellensis,* super hoc fuerint requisiti vel aliquis eorum fuerit requisitus, bona dominorum *prepositi et conventus,* predictorum, communiter vel divisim arrestata, occupata, detenta et applicata occasione premissorum pro tempore lesis et gravatis restitui et emendam condignam et satisfactionem debitam juxta facti quantitatem impendi faciant et procurent et nichilominus transgressores et violatores et alios predictos, dum et quando excommunicacionis, anathematis et alias penas, in insertis literis contentas expresse, constiterit incurrisse et super hoc pro parte dictorum dominorum, *prepositi et conventus,* conjunctim vel divisim principalium, fuerint requisiti seu alter eorum fuerit requisitus, in eorum ecclesiis, monasteriis vel cappellis infra missarum et aliorum divinorum solempnia, dum ibidem populi multitudo ad audienda divina vel alias convenerit, excommunicatos et anathemizatos publice denuncient et illos, quantum in eis fuerit, denunciari faciant et ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari, donec ab earundem talliarum, gabellarum, collectarum, extorsionum violencia et bonorum invasione, occupacione, detencione, applicacione destiterint et efficaciter restituerint eisdem dominis, superius sepe nominatis, occasione premissorum per eos pro tempore lesis et gravatis, tallias, gabellas et exactiones nec non hujusmodi arrestata, occupata, detenta et applicata ipsis, que per se vel alios quolibet modo receperunt seu verius usurparunt, a se libere et omnino relaxent et juraverint, quod de cetero talia non committant et committentibus non prestent auxilium, consilium vel favorem, ipsique excommunicati et anathemizati absolucionis beneficium a predictis sentenciis meruerint obtinere. Si vero prefati transgressores et violatores ceterique contradictores in hac parte rebelles hujusmodi denunciacionem non curaverint et eandem per decem dies, postquam de premissis noticiam habuerint immediate sequentes, pertinaciter neglexerint, ex tunc pro-

cessus nostros hujusmodi contra eos continuando et aggravando attendentes, quod tanto graviora sunt peccata, quanto diucius infelices animas detinent alligatas, quodque crescente malicia et inobediencia crescere debeat et pena, ne facilitas venie audaciam prebeat delinquendi, auctoritate *dicte Synodi,* qua fungimur in hac parte, omnes et singulos subdelegatos nostros supradictos requirimus et monemus ac eisdem modo et forma premissis et sub dictis penis et sentenciis precipimus et mandamus, quatenus singulis diebus dominicis et festivis, quociens et quando pro parte dictorum dominorum, *prepositi et conventus,* conjunctim et divisim principalium, super hoc requisiti seu alter eorum fuerit requisitus, infra missarum et aliarum horarum canonicarum solempnia, fideli populo ad audienda divina congregato, per dicte denunciacionis innovacionem prefatos transgressores et violatores ceterosque contradictores et rebelles, sicut premittitur, excommunicatos denunciatos publice denuncient, campanis pulsatis et candelis accensis et demum extinctis et in terram projectis, aqua benedicta aspergendo ad fugandos demones, qui eos sic detinent ligatos et suis laqueis catenant, orando, quod dominus noster Jesus Christus ipsos ad katholicam fidem et sancte matris ecclesie gremium reducere dignetur, ne in talibus duricia et perversitate dies suos finire permittat, cum decantacione responsorii: revelabunt celi iniquitatem Jude etc., et psalmi: deus laudem meam nè tacueris, cum antiphona: media vita etc., secundum eorum tenores populo in materna lingua exponendo. Quo facto ad januas ecclesiarum unacum clericis et parochianis eorum accedant et ad terrorem, ut ipsi transgressores et violatores ac contradictores et rebelles, sicut premittitur, excommunicati denunciati et aggravati eo cicius ad obedienciam redeant, tres lapides versus eorum habitaciones projiciendo in signum maledictionis eterne, quam dedit deus Datham et Abiron, quos terra vivos absorbuit, eciam post missam et in vesperis ac aliis quibuscunque horis canonicis, sermonibus et predicacionibus solempniter publicent et denuncient ac ab aliis publicari et denunciari et ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciant et procurent, tamdiu et donec et quousque aliud a nobis vel superiori nostro habuerint seu receperint in mandatis. Verum si prefati transgressores et violatores ac contradictores et rebelles hujusmodi denunciacionem et aggravacionem per alios decem dies, proxime dictos decem dies immediate sequentes, postquam

ad ipsorum noticiam pervenerit, animis, quod absit, sustinuerint induratis, ex tunc processus nostros hujusmodi contra eos reaggravantes supradicti subdelegati nostri auctoritate *dicte Synodi* modo et forma premissis omnes et singulos Christi fideles utriusque sexus homines moneant et requirant, quos eciam tenore presencium sic requirimus et monemus, eisque et eorum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in quemlibet contrafacientem ferimus in hiis scriptis, districte injungant, prout et nos tenore presencium sic injungimus, eisdem et precipue familiaribus et servitoribus prefatorum excommunicatorum, aggravatorum et reaggravatorum, quatenus infra sex dierum spacium post monicionem et requisicionem hujusmodi eis, ut premittitur, factas, immediate sequencium, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos dies ipsis familiaribus et servitoribus, universis et singulis Christi fidelibus utriusque sexus pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignent, quos nos eciam sic assignamus eisdem, ut ipsi familiares et servitores a familiaritate et servicio ceterique fideles utriusque sexus homines a participacione et communione ipsorum denunciatorum, aggravatorum et reaggravatorum penitus et omnipo desistant et quilibet eorum desistat, nec cum eisdem serviendo, famulando, loquendo, stando, sedendo, ambulando, salutando, hospitando, comedendo, bibendo, molendo, coquendo, cibum, potum, ignem ac alia queque vite sue necessaria quolibet modo ministrando ac alio quovis humanitatis solacio in aliquo participare presumant ac alter eorum presumat, presentibus fratribus, sororibus et aliis personis, in casibus a jure permissis, dumtaxat exceptis; quodsi contrarium fecerint seu fecerit, nos in eos et eorum quemlibet contrafacientem ex nunc prout ex tunc, dicta sex dierum canonica monicione premissa, excommunicacionis sentenciam ferimus in hiis scriptis et eciam promulgamus et nichilominus omnes et singulos subdelegatos nostros supradictos modo et forma premissis dicta auctoritate *sacre Synodi* requirimus et monemus, quatenus singulis diebus dominicis et festivis, quociens et quando pro parte dictorum dominorum, *prepositi et conventus Monasterii novecellensis,* principalium fuerint requisiti seu alter eorum fuerit requisitus, prefatos familiares et servitores ac alios Christi fideles, cum dictis denunciatis, aggravatis et reaggravatis modo premisso participantes, in suis ecclesiis, monasteriis et cappellis

infra missarum solempnia, dum ibi multitudo fidelium ad audiendum divina convenerit, per nos, ut premittitur, excommunicatos denuncient ac ab aliis denunciari et ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciant tamdiu et donec ac quousque aliud a nobis vel superiori nostro habuerint in mandatis ac ipsi beneficium absolucionis meruerint obtinere. Volumus autem et *dicte Synodi* auctoritate omnibus Christi fidelibus precipimus et mandamus sub penis et sentenciis infrascriptis, ne aliquis ipsorum predictorum excommunicatorum, aggravatorum et reaggravatorum ac participancium cum eisdem, quamdiu in hujusmodi rebellione perstiterint et obedire non curaverint, super debitis et aliis negociis in foro ecclesiastico vel seculari comparere presumat, sed ipsis, ut premittitur, rebellibus omnis juris ordo et actus judicialis precludatur penitus et negetur nec eorum testimoniis fides adhibeatur, ipsi tamen aliis omnino comparere teneantur. Si vero prenominati excommunicati, aggravati et reaggravati per alios decem dies dictos, viginti dies immediate sequentes, postquam ipsis constiterit hujusmodi aggravacionem ad eorum et cujuslibet ipsorum noticiam pervenisse, predictas nostras sentencias, quod absit, sustinuerint indurati, Pharaonis duriciam imitando, et ad modum surdi aspidis aures suas obdurantis, ne vocem audiat incantantis, Nos ex tunc prout ex nunc, dictis ultimis decem diebus elapsis, quem terminum eis et eorum cuilibet super hoc pro omni dilatacione terminoque peremptorio ac monicione canonica assignamus, omnes et singulas civitates, oppida, terras, villas, castra, suburbia et quarumcunque ecclesiarum, tam kathedralium quam collegiatarum, et quecunque alia loca, in et sub quibus dicti excommunicati, aggravati et reaggravati morari et ad quas et que eosdem declinare et devenire contigerit, quamdiu ibidem fuerint seu aliquis eorum fuerit, in hiis scriptis auctoritate nostra, ymo verius *dicte Synodi,* ecclesiastico supponimus interdicto, mandantes omnibus et singulis subdelegatis nostris supradictis, modo et forma premissis et sub penis et sentenciis antedictis, quatenus ex tunc, cum dicti excommunicati, aggravati et reaggravati et participantes cum eisdem ac eorum aliquis in dictis locis fuerint seu fuerit, a divinis officiis celebrandis cessent et ab aliis cessari faciant januis apertis et in presencia populi adstantis. Quam quidem cessacionem post tres dies continuos post ipsorum vel alterius eorum recessum continuent et ab aliis continuari et

observari faciant et permittant ita et taliter, quod hujusmodi stante interdicto nulla ecclesiastica sacramenta in et sub eisdem locis, sub quibus dicti excommunicati, aggravati et reaggravati fuerint vel aliquis eorum fuerit, penitus ministrentur, nisi penitencialis confessio et baptismus omnibus indifferenter, eucharistia infirmis tantum, et matrimonium sine ecclesiastica solempnitate contrahatur, inibi et sub eisdem locis decedentibus ecclesiastica sepultura denegetur. Demum si prefati denunciati, aggravati et reaggravati et interdicti spiritum rebellionis assumentes processus hujusmodi ut aquam absorbentes et mala malis accumulantes per alios decem dies, prefatos dies triginta immediate sequentes animis, quod absit, induratis sustinuerint et se ostenderint, de hujusmodi processibus et sentenciis nostris non curare, Nos eo casu attendentes, quod, mucrone non proficiente ecclesiastico, temporalis gladius non immerito suffragetur et quod tales non sunt a Christi fidelibus aliqualiter tolerandi nec eis locorum presides impendere debent consilium, auxilium vel favorem, sed spiritualis gladius temporalem sibi communicans potestatem illos debet efficere obedientes, qui sic majestatem divinam offendere non verentur, et quos dei timor a malo non revocat, saltem temporalis cohercet severitas discipline, ut saltem ipsius pene metu perterriti cogantur ad sancte matris ecclesie mandata remeare sic, quod nos cum eadem summo desideramus affectu, ut dicti excommunicati, aggravati et reaggravati et interdicti spiritum assumant consilii sanioris et ad mandata ecclesie revertantur, ne in derogacionem censure ecclesiastice de cetero pullulet tantus error, illustrissimum et invictissimum ac serenissimum principem et dominum *Sigismundum, Imperatorem antedictum,* dicti gladii principalem vibratorem et supremum justicie zelatorem, in domino exhortamur nec non dominos archiepiscopos, episcopos, et abbates et personas alias ecclesiasticas Vosque *dominos duces Bavarie, Austrie, comites Goricie* aliosque duces, comites, barones, nobiles, milites, judices et alios predictos, quibus presentes nostri processus diriguntur in civitatibus, provinciis, dyocesibus predictis aliasque ubilibet constitutos per regna et dominia predicta, jurisdictionem ordinariam et temporalem exercentes et eorum quemlibet, religionis et fidei christiane participes, auctoritate, qua supra, requirimus et monemus primo, secundo, tercio et peremptorie communiter et divisim, vobisque nichilominus et vestrum cuili-

bet in virtute sancte obediencie et sub infra scriptis sentenciarum penis districte precipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spacium post lapsum dictorum terminorum et postquam hujusmodi nostri processus vobis seu alicui vestrum in vestris jurisdictionibus et districtibus fuerint publicati, immediate sequencium, quorum quidem sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies vobis et universis predictis pro tercio et peremptorio termino et monicione canonica assignamus, *Vos, serenissime princeps; domine Imperator,* archiepiscopi, episcopi et alii supradicti et vestrum quilibet, quorum omnium super hoc auxilium brachii secularis presentibus invocamus, quociens et quando pro parte dictorum dominorum, *prepositi et conventus Monasterii novecellensis,* communiter vel divisim fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus in juris subsidium contra prefatos denunciatos, aggravatos, reaggravatos et interdictos, per vos, alium seu alios, tamquam viri catholici vestri in hac parte officii dexteram extendentes, super quibus vobis omnibus et singulis auctoritate predicta licenciam plenariam concedimus per presentes, predictos transgressores et violatores, contradictores et rebelles et eorum quemlibet, prout culpabiles fuerint, qui sic ecclesiasticum contempnunt judicium et censuram ecclesiasticam vilipendunt, per capcionem corporum absque tamen gravi lesione, distractionem bonorum suorum, mobilium et immobilium, si mobilia non sufficerent, in vestris jurisdictionibus consistencium, per personarum capcionem, detencionem et incarceracionem et quemcunque alium modum canonicum, qui vobis dominis, Imperatori et aliis supradictis videbitur expedire, auctoritate nostra, ymo verius dicte *Synodi,* predictos viriliter compellatis et quilibet vestrum compellat, eciam manu forti ad restituendum bona ablata, arrestata, occupata et detenta et illesa omnino relaxandum, a quibuscunque imposicionibus, extorsionibus, invasionibus, arrestacionibus, occupacionibus, detencionibus et applicacionibus penitus et omnino desistendum statutaque et ordinaciones in prejudicium predictorum, dominorum, *prepositi et conventus,* communiter vel divisim revocandum et de luce tollendum nec non ad parendum et obediendum in omnibus per omnia ac redeundum ad sancte matris ecclesie unitatem, nullo alio expectato mandato, ac ipsos inobedientes et rebelles constringatis et compellatis et quilibet vestrum constringat et compellat, vestra potencia brachii secularis, donec

ad obedienciam sancte matris ecclesie venerint et processibus paruerint antedictis realiter et cum effectu et a prefatis sentenciis absolucionis beneficium meruerint obtinere, aut vos aliud a nobis vel superiori nostro desuper habueritis in mandatis. Quodsi forte Vos, illustrissime, invictissime ac serenissime princeps et domine executor justicie, presentis nostri processus ac mandatorum nostrorum, ymo verius *dicte Synodi*, hujusmodi contradictor, transgressor et neglector fueritis, quod tamen Serenitatis vestre perfulgide, jam dudum per totum orbem divulgate, obediencia suspicari non sinit, procul dubio eciam judicium justi judicis offendentes et premium alias vobis per hujusmodi justicie execucionem a deo paratum nichilominus amittetis, et licet vos hujusmodi nostris sentenciis, prout in scriptis feruntur et promulgantur, ligari nolumus ob reverenciam vestre imperialis majestatis non immerito deferentes intuitu justicie ob dicte *Synodi* reverenciam, vestram Serenitatem ad prefatam execucionem justicie, prout ad ipsam Serenitatem spectat et pertinet, in domino exhortamur. Et ut generaliter omnia alia et singula vobis in hac parte commissa exequamini juxta traditam seu directam a *dicta Synodo* vobis formam, ita tamen, quod iidem subdelegati nostri nichil in prejudicium dictorum dominorum, *prepositi et conventus Monasterii novecellensis,* conjunctim vel divisim vel procuratorum suorum valeant attemptare nec quidquam circa processus per nos habitos et sentencias per nos latas absolventes vel suspendentes immutare, in ceteris autem, que dictis, *preposito et conventui* vel eorum procuratori in premissis nocere possint, prefatis nostris subdelegatis et eorum cuilibet potestatem omnimodam denegamus; et si contingat, nos super premissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem plenariam reservamus, non intendimus propterea commissionem hujusmodi in aliquo revocare, nisi de revocacione ipsa specialem et expressam in nostris literis fecerimus mencionem. Per processum autem nostrum hujusmodi nolumus dictis nostris in aliquo prejudicare collegis, quominus ipsi possint seu alter eorum possit, servato tamen hoc processu, in hujusmodi execucionis negocio procedere, prout ipsis seu alteri eorum visum fuerit expedire. Prefatas quoque literas *dicte Synodi* et hunc nostrum processum volumus penes dictum dominum *prepositum et conventum Monasterii novecellensis* vel eorum procuratorem remanere et non per vos seu quemvis vestrum,

ipsis invitis, quolibet modo detineri. Contrarium vero facientes prefatis nostris sentenciis, prout in hiis scriptis late sunt, ipso facto volumus subjacere; mandamus tamen copiam fieri de premissis eam petentibus et habere debentibus, petencium quidem sumptibus et expensis. Absolucionem vero omnium et singulorum, qui prefatas nostras sentencias ac earum aliquam incurrerint sive incurrerit quoquo modo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium presentes literas seu presens publicum instrumentum, hujusmodi nostrum processum in se continentes seu continens, exinde fieri et per notarium publicum infra scriptum subscribi et publicari mandavimus nostrique sigilli appensione communiri. Datum et actum *Saltzburge* in curia habitacionis nostre sub anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo quarto, Indictione duodecima, die vero Saturni vigesima tercia Octobris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, *domini Eugenii, divina providencia pape quarti,* anno quarto, presentibus ibidem venerabilibus viris dominis et magistris, *Jacobo Frishamer, rectore ecclesie parochialis in Kessendorf, presbytero, et Johanne Stadler, clerico,* licenciatis in decretis, saltzburgensis et ratisponensis dyocesis, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Et ego *Thomas Herlinger de Wells, clericus pataviensis dyocesis,* publicus imperiali auctoritate notarius, quia dictarum literarum sacrosancte *generalis Synodi Basiliensis* presentacioni, recepcioni, processuum eorundem fulminacioni omnibusque aliis et singulis, dum, sicut premittitur, fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus presens interfui eaque sic fieri vidi et audivi, ideoque hoc presens publicum instrumentum, processum hujusmodi in se continens, manu propria scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine, meis solitis et consuetis, unacum appensione sigilli reverendi patris, *domini Sigismundi,* prepositi et executoris predicti, de ipsius mandato signavi, rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium

et singulorum premissorum. (Registrat. vet. tom. I. fol. 12[a, b], 13[a, b], 14[a, b], 15[a, b], 16[a, b], 17[a, b], 18[a].)

DCCXLIX.

Anno 1434. — *Litera Quitacionis pro solucione semidecime ad Concilium Basiliense date.*

Quia venerabilis in Christo pater, dominus *Udalricus, Monasterii novecelle,* brixinensis dyocesis, *canonicorum regularium, prepositus,* pro semidecima seu vicesimo denario universorum et singulorum fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum et spiritualium tam dicti *sui Monasterii* quam eciam ecclesiarum parochialium, puta *Nätz, Vells, Phalzen, Olagen* in dicta brixinensi et *Assnigen* in Saltzburgensi diocesi constitutarum, *eidem Monasterio suo* incorporatarum, viginti marcas usualis et currentis monete solvit realiter cum effectu, idcirco Nos *Heinricus Baruther, decretorum doctor, canonicus ecclesie frisingensis,* commissarius et executor ad levandum et colligendum hujusmodi semidecimam seu vicesimum denarium *a Sacrosancta generali Basiliensi Synodo* specialiter deputatus, prenominatum dominum *Udalricum, prepositum,* hujus Semidecime occasione quittandum duximus et presencium tenore quitamus. In cujus rei evidens testimonium presentes literas nostri Sigilli jussimus et fecimus appensione communiri. Datum *Brixine* die octava Mensis Maii anno domini M. CCCC. XXXIIII. (Registrat. vet. tom. III. fol. 283[a].)

DCCL.

Anno 1434. — *Litera, quod Johannes Hebenstryt sit legitime natus.*

Dem Erwirdigen Herrn, Herrn *Ulreichen, Brobste zu der Newnstift,* unserm lieben Herrn, Embieten wir dy Burgermaister und räte der *Stat zu Laugingen* unser willige dinste und sagen ewer wirdikchait zu mal grossen dankch sölcher gnaden, so ir *Johanni Hebenstryt, Hansen Hebenstryts,* unsers mitburgers Sune, getan da mit, das ir in in ewr *gotshaus und orden enphangen* und ain phründ darinn habt gegeben, und wellen das mit sambt dem selben *Hansen Hebenstryt,* unserm mitburger, und andern sünen, herren und freunden umb ewr *gnad gotshaus* und die ewren mit willen, ob es ymmer ze schulden käm, gern ver-

dienen. Auch so tun wir ewrer erwerkait ze wissen, das der egenant *Johannes Hebenstryt* des yetz genanten *Hansen Hebenstryts,* unsers mitburgers, und der *Anna Hailerin säligen eeleicher sun* von vater und von muter by uns eelich geboren und ertzogen ist. Das schriben und sagen wir in der warhait, wie dann wir das billich schriben und sagen süllen an gevärde, und haben ze Urkund unserr Stat Secret Insigel in den prief gedrukt uns und unserr stat und nachkomen an schaden zu ainer gezeugnisse. An den Sontag nachst nach dem heiligen Obrosten tag zu Wyhennachten anno domini M. CCCC. XXXIIII. (Registrat. vet. tom. III. fol. 284[b], 285[a].)

DCCLI.

Anno 1435. — *Litera permutacionis cujusdam agri ad curiam villicariam in Trenns, ad Monasterium novecellense pertinentem.*

Ich *Wilhalm Sebner von Reiffenstain,* Ritter, Bechenn mit disem offen brief für mich und all mein erben und tun kunt, das ich mit dem Erwirdigen Herrn, Herrn *Ulreichen, Brobste ze der Newnstift,* — einen volkomenen wehsel getan han von pete und begerens wegen seiner und meiner pauleut, die selber paiderseyt durch nutzes und frumen willen paider Höff und güter des wehsels also über ain worden sein, — das ich in recht wehselweyse in meinen Hofen, gehaissen der *Pretzhof* oder der *Singerhof,* den *Hans Prötz,* yetzund zu paurechten von mir innhat und ist gelegen in *Stertzinger gericht* in *Sand Valenteins Malgrey,* von dem vorgenanten *Herrn Ulreichen Brobst* aus des *Gotshauses ze der Newnstift* halben Mayrhof, ob *Kirchen zu Trenns* gelegen, den yetzund *Perchtold Schuster* von im ze paurechten inn hat, emphangen und ingenomen han benantleich ain stukch akcher, gehaissen die *lange Sele,* gelegen zwischen zwayn meiner äkcher. — Also han ich obgenanter *Wilhalm der Sebner* für mich und all mein erben umb das obgenant stukch akcher dem vorgenanten Herrn *Ulreichen Brobste* und allen seinen nachkömen hinwiderumb in rechts wehselweyse geben und geantwurt aus dem vorgenanten *meinen Pretzhof* ain stukch akcher, gehaissen im *Mitternsakcher,* im *Sakch* gelegen. — Diser sach und des wehsels sind gezeugen: Herr *Oswald von Seben auf Reiffenstain, mein vetter, Pancratz von Vilanders* und sein pruder *Baltaser, Hanns, der Velser von Presels*

und ander erber leut vil. Das ist beschehen nach Christi geburt viertzehen hundert jar und darnach in dem fünf und dreissigisten jare. (Registrat. vet. tom. I. fol. 353[b], 354[a, b].)

DCCLII.

Anno 1436. — *Instrumentum sigillatum donacionis cujusdam prati im Sakken circa Inspruk pro anniversario magistri Bartholomei Furter nec non donacionis plurium aliarum rerum pro V missis singulis septimanis celebrandis, Monasterio novecellensi facte.*

In nomine domini Amen. Anno a nativitate ejusdem M. CCCC. XXXVI., Indictione decima quarta, die vigesima septima mensis Novembris hora meridiei vel quasi, Pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini *Eugenii, divina providencia pape quarti,* anno sexto, in stuba majori domini *prepositi novecellensis* in venerabilium patrum ac dominorum, *Udalrici, prepositi, Pauli decani,* maioris et sanioris partis capituli predicti *Monasterii novecellensis,* ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, brixinensis dyocesis, meique notarii publici ac testium subscriptorum presencia Honorabilis vir, dominus *Bartholomeus Furter, magister arcium de Inspruka,* brixinensis dyocesis, personaliter constitutus, volens extreme messionis diem bonis operibus prevenire et terrena pro celestibus commutare ac anime sue salutem augmentare, sanus per dei graciam mente et corpore, matura deliberacione et sano consilio prehabitis, de propria, spontanea ac bona sua voluntate predictis dominis, *preposito, decano totique conventui* et successoribus suis et sancte Marie virgini, Patrone *ejusdem Monasterii novecellensis,* quos et quam constituit sibi in heredes, donavit, obtulit, legavit ac dedit libere et irrevocabiliter, precipue propter deum et salutem anime sue, primo quadringentos florenos Renenses in prompta pecunia, item unum ciphum argenteum deauratum, habentem testam cum cooperterio similis materie et forme pro Conventu, ut fratres in festivitatibus, aut quando eis placuerit, ob memoriam ipsius testatoris eo utantur; item quatuor libros, scilicet sermones *Jordani de tempore* in duobus voluminibus; item questiones sentenciarum magistri *Hainrici de Oyta;* item sermones quadragesimales; item Legendam sive Passionale de Sanctis; item unum calicem cum patena et unam casulam novam cum quibusdam attinenciis suis; item unum pratum,

situm prope *oppidum Insprukg* in loco, vulgariter dicto *Sakken,* solvens annuatim sex libras Veronensium. Tandem et ultimo prefatus magister, dominus *Bartholomeus Testator,* ordinavit constituit et legavit predictis dominis ac beate Marie, *Patrone dicti Monasterii novecellensis,* omnes res suas ac bona sua mobilia, et immobilia, residuata et relicta post obitum suum, ita, quatenus in usum et proprietatem *prefati Monasterii* ac domino deo ibidem serviencium cedant et vertantur, exclusis omnibus heredibus ejusdem testatoris et quibuscunque aliis, jus percipiendi in eisdem rebus se habere putantibus seu dicentibus. Item prefatus testator voluit, dixit et statuit, presentem disposicionem, ordinacionem ac legacionem suam habere robur et firmitatem tamquam ultime voluntatis sue testamentum; et si non potest valere jure testamenti valeat saltem jure codicillorum vel donacionis mortis, sive quocunque modo ultima voluntas vel ultimum testamentum melius valere potest, sub condicione subscripta videlicet, quod predicti domini et successores eorum teneantur providere et ordinare, quatenus quinque misse singulis septimanis perpetue celebrentur in summo altari vel in altari sancti Jacobi *predicti Monasterii* ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis Marie et omnium sanctorum ac pro salute anime ipsius Testatoris predicti et omnium consanguineorum et progenitorum ejus. Item prefatus Testator voluit, constituit et ordinavit, quatenus de sex libris Veronensium predictis post obitum suum anniversarius dies obitus sui singulis annis perpetue peragatur sicut unius sacerdotis conventualis. Item ut predicti domini magis voluntarii reddantur ad subeundum laborem celebracionis missarum predictarum, prefatus testator de voluntate et consensu eorundem dominorum voluit, constituit et ordinavit, quatenus de predicta pecunia quadringentorum florenorum Renensium piscinula, sita in pomerio exteriori, amplietur et fodiatur in longitudinem et latitudinem, quanto melius fieri poterit. Dein augmentatis in ea piscibus, quandocunque fratribus conventualibus aliunde de piscibus non providetur sive provideri poterit, tunc, quando in ea est tanta copia piscium, ut prendi possint sine impedimento aisse sive glaciei, singulis septimanis una die iejunabili ad minimum unum ferculum piscium ex ea ipsis fratribus administretur. Item idem testator eciam de voluntate et consensu predictorum dominorum voluit, constituit et ordinavit, quatenus domus Infirmarie *Mona-*

sterii sepedicti, que pro nunc in quibusdam locis ex vetustate est aliqualiter ruinosa, eciam de predicta pecunia reparetur et construatur juxta aptitudinem et utilitatem fratrum infirmorum illuc veniencium. Super quibus omnibus et singulis dictus dominus *Bartholomeus, testator*, sibi a me infrascripto notario unum vel plura publicum seu publica fieri fecit instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec sub anno, Indictione, die, Mense, hora, Pontificatu et loco, quibus supra presentibus ibidem honorabilibus viris ac dominis, *Conrado Judenfras, preposito apud beatam virginem et canonico brixinensi, Johanne Jordan, presbytero Newnburgensis dyocesis*, magistro *Leonhardo Huntspühler, tunc temporis rectore scolarum brixinensis dyocesis, Johanne de Krems, pataviensis dyocesis*, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego *Georius Winkler, Clericus conjugatus* Merseburgensis dyocesis, publicus imperiali autoritate notarius, donacioni, constitucioni, legacioni ac omnibus et singulis premissis unacum testibus prescriptis personaliter affui eaque, sicut premittitur, esse ac fieri vidi et audivi, ideoque ad requisicionem prefati domini ac magistri *Bartholomei Testatoris* hoc presens publicum instrumentum, per me manu propria fideliter scriptum, exinde confeci, publicavi et in hanc publicam formam redegi meisque signo et nomine solitis et consuetis unacum *Jacobi, dicti Gruber*, civis brixinensis sigilli appensione, per dictum dominum *Bartholomeum, Testatorem* ad hoc rogati, roboravi in evidens testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus. (Registrat. vet. tom. I. fol. 351[a, b].)

DCCLIII.

Anno 1436. — *Litera Abbatis et Conventus Wiltinensis absolvens prescriptum pratum in Sakken ab omni jure et impeticione, quod eisdem in eo videbatur competere, resignans id Monasterio novecellensi.*

Wir *Johannes, von gots gnaden Abbt des Wirdigen gotshaus ze Wiltein*, und wir der *Löbleich Convent daselbs* verjehen

und tun kund offenleich mit disem offen brief, das an uns pracht hat der erwirdig Herr *Brobst Ulreich, Brobst des wirdigen gotshaus der Newnstift*, das gelegen ist nächst *pey Brixen*, und pracht für uns ainen unvermayligten und unzerbrochen brief mit geschrift und Sigel, der da ausweyset und innehet, wie her *Bartholome Furter, maister der siben chünst*, chaufft hab von *Hansen, dem Poschen von Taur*, und *Agnesen, seiner eeleichen hausfrawen*, ain halbe jauch angers, unverzigen ob seiner mer ist, die gelegen ist in *dem alten Sakchen* und stost oben an *Oswalts, des Moren*, Anger und unden an *Hansen, des Wachen*, Anger und hindan *den Pleibmernit* und vor an den gemainen weg. — Nun wir aber zusprüch zu dem selben Anger von rechts wegen gehabt heten umb zins und velligung nach ausweysung unsers urbarpuchs, nun haben wir angesehen trew und freuntschaft und doch besunder prüderleich lieb und haben wir und unser *Convent* für uns und für all unser nachkomen dem obgenanten unserm lieben Herrn und pruder *Probst Ulreichen*, seinem *löbleichen Convent ze der Newnstift* und allen iren nachkomen übergeben all unser vordrung und recht des egenanten Angers. — Darumb zu urchund der warhait aller obgeschriben sach so geben wir in disen offen brief, versigelt mit unserm und unserm *Convents* anhangenden Insigeln. Das ist geschehen nach Christs gepurt viertzehen hundert jar und darnach in dem Sechs und dreyssigisten jar am Samstag nach sand Bartholomeustag. (Registrat. vet. tom. I. fol. 352ª.)

DCCLIV.

Anno 1437. — *Litera collacionis misse perpetue in Chyens, a domino Johanne de Chyens fundate, Christanno Chünigl collate.*

Ulricus, dei miseracione prepositus, totusque conventus Monasterii novecellensis, ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, brixinensis dyocesis, dilecto nobis in *Christo Christanno, nobilis viri Georgii Künigl de Erenburg nato*, Clerico dicte brixinensis dyocesis, salutem in domino. Iuventutis tue indicia, quibus deo auctore in virum crescere poteris virtuosum, nec non probitatis et virtutum tuarum merita, quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad graciam liberales. Volentes igitur premissorum meritorum intuitu te favore prosequi generoso, Cappellaniam altaris sancte

Marie alias trium regum, in parochiali ecclesia *in Chyens* brixinensis dyocesis siti, vacantem ad presens per mortem quondam *Johannis Künigl,* ultimi ipsius Cappellanie, dum vixit, rectoris, cujus quidem altaris et cappellanie collocacio, provisio seu quevis alia disposicio, quociens ipsum aut ipsam vacare contigerit, ad *nos et nostrum Conventum* pleno jure dinoscitur pertinere, tibi *Christanno* in dei nomine contulimus et conferimus ac de ipsa Cappellania providimus et presentibus providemus cum omnibus juribus, fructibus, redditibus et proventibus et obvencionibus universis ad eandem pertinentibus, investientes te rectorem ejusdem Cappellanie per birreti nostri tradicionem et capitis tui supposicionem de eadem, requirentes nichilominus ac hortantes universos et singulos ecclesiarum parochialium rectores, cappellanos et presbyteros, per dyocesim brixinensem ubilibet constitutos et eorum quemlibet, quatenus te vel procuratorem tuum, ad hoc legitime constitutum, in corporalem, realem et actualem possessionem dicte Cappellanie ac omnium et singulorum jurium et pertinenciarum ejusdem immittant et inducant ac immitti et induci procurent faciendo tibi de fructibus, redditibus et obvencionibus hujusmodi integre et plenarie responderi, adhibitis in hiis solempnitatibus debitis et consuetis, contradictores nichilominus ecclesiasticam per censuram compescendo. Volumus insuper, quod tu, postquam ad etatem legitimam perveneris, te facias statutis a jure temporibus ad sacerdocium promoveri, alioquin Cappellaniam hujusmodi ex tunc vacare decernimus presentesque literas nullius volumus esse roboris, efficiencie vel momenti, juribus tamen parochialibus dicte parochialis ecclesie in omnibus semper salvis, de quibus nolumus te quoquo modo intromitti absque dicte parochialis ecclesie plebani scitu et voluntate. In quorum testimonium atque fidem presentes literas exinde fieri fecimus ac tam *nostri* quam eciam *dicti conventus* jussimus appensione sigillorum communiri. Datum *Novecelle* Mensis Aprilis die decima quarta anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo septimo. (Registrat. vet. tom. I. fol. 239^{b}.)

DCCLV.

Anno 1437. — *Litera Udalrici, episcopi brixinensis, de dispensacione super eo, quod Cappellania in Chyens von presbytero sed accolito exstitit collocata.*

Nos Udalricus, dei gracia ecclesie brixinensis Episcopus, notum facimus et profitemur, quod vacantem nuper Capellaniam altaris sancte Marie alias trium regum, siti in *parochiali ecclesia sancti Petri in Chyens,* nostre dyocesis, per obitum quondam *Johannis Kunig,* ultimi ipsius rectoris, venerabiles in Christo et religiosi, devoti nostri ac dilecti, *prepositus et conventus Monasterii novecellensis,* ordinis sancti Augustini canonicorum regularium, nostre dyocesis prelibate, eandem, que simplex et sine cura est, tamquam collatores, nostris et aliorum intervenientibus precibus, dilecto in Christo *Christanno, Georgii Kunigl nato de Erenburg*, contulerunt et de ipsa providerunt. Memoratus tamen *prepositus et conventus Monasterii novecellensis*, eo quod Cappellaniam hujusmodi alteri quam sacerdoti conferre non debeant, prout in institucione ejusdem et confirmacione desuper subsecuta est expressum, in dubium revocare videntur, quod in ea parte hujusmodi privilegio derogetur, hujusmodi privilegio sic neglecto collacionem posse ad alios devolvi, supplicantur, ut ipsis super hoc providere dignaremini generose. Nos igitur tam *preposito et conventui,* prelibatis, ac ipsius beneficii et persone comoditatibus summa cum sollicitudine providere cupientes, dum in mente revolvimus, quod si Cappellania hujusmodi alteri quam *dicto Christanno* conferretur, in *ipsius Monasterii* grave dispendium vergere posset et redundare, quibus et aliis causis racionalibus pensatis, supplicacionibus ipsorum annuentes generose, hinc est, quod tenore presencium declaramus pariter et attestamur, quod, quidquid prenominato *Christano,* eo dumtaxat in minoribus ordinibus constituto, factum esse dinoscitur in collacione dicte Cappellanie facta, id privilegio fundatoris aut confirmacioni nostri predecessoris in nullo prejudicare decernimus ipsiusque Cappellanie casu vacacionis occurente et, quocienscunque in antea eandem vacare contigerit, dictus *prepositus et conventus* disponendi de eadem juxta privilegium fundatoris liberam habeant facultatem neque privilegium hujusmodi aut nostri predecessoris confirmacionem harum serie literarum de-

claramus propterea in aliquo fore diminutas. — In cujus rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Brixine* in nostro episcopali pallacio mensis Aprilis die sedecima anno domini Millesimo Quadringentesimo Tricesimo Septimo. (Registrat. vet. tom. I. fol. 240ª.)

DCCLVI.

Anno 1437. — *Litera Georgii Kunig, confitentis collacionem misse perpetue in Chyens factam filio suo fuisse de gracia et ob intuitum precum non aliquo jure et quod tempore debito filius suus Christannus debeat ad sacerdocium promoveri.*

Petri prope Waelz Salzburgensis dyocesis siue iurepatronatus eiusdem ecclesie iam dudum materia questionis, et ego Em. de Alzaya canonicus ecclesie Frisingensis per reuerendum in Christo patrem dominum Em. venerabilem episcopum Frisingensem ad eandem ecclesiam sancti Petri tunc vacantem reuerendo in Christo patri domino Chv̊nrado sancte Salzburgensis ecclesie archiepiscopo apostolice sedis legato loci ordinario canonice presentatus, et ego Otto de Sav̊raẘ per reuerendum in Christo patrem et dominum Wernherum venerabilem episcopum ecclesie Lauentine eidem domino Ch. sancte Salzburgensis ecclesie archiepiscopo ad eandem ecclesiam sancti Petri vacantem similiter presentatus super iure quod nobis presentatis ex presentacionibus huiusmodi acquisitum et nobis predictis presentatoribus in premissis conpetere videbatur, diligenti deliberacione prehabita in honorabiles et discretos viros dominum Jacobum prepositum sancti Bartholomei Freisaci (!), magistrum Arnoldum canonicum sancti Mauricii Auguste, necnon dominum Dietricum de Wolfsaẘ prepositum Gurnocensem vtriusque iuris professorem quasi pro tercio communiter ab omnibus electum tamquam in arbitratores conpromittendum duximus sub hac forma, quod predicti duo dominus Ja. videlicet prepositus et magister Ar. proxima feria quarta ante instans festum sancti Galli conueniant in Friesaco et receptis et examinatis omnium nostrûm allegacionibus, iuribus, racionibus, munimentis et probacionibus quibuscunque, obmissis sollempnitatibus ordinis iudiciarii omnes predictas questiones arbitrando diffiniant et decidant, attribuentes in sua decisione quam communiter et in scriptis pronunciare debebunt, vnicuique nostrûm quod ei secundum deum et iusticiam attribuendum viderint, ad quod etiam eos astringi petimus et volumus corporali prius super hoc prestito iuramento, cessante tamen hinc inde condempnacione quarumlibet expensarum. Si vero iidem duo arbitratores in iam dictis termino et loco conuenientes inceptum arbitracionis tractatum vno die cum suis continuacionibus conplere nequiuerint, plenam et liberam potestatem habeant dictum negocium seu tractatum in alium uel alios diem uel dies, terminum uel terminos, vnum uel plures, quotquot et qualiter ipsi negocio expedire viderint, continuandi et eciam prorogandi. Habeant quoque predicti duo arbitratores in omnibus terminis quos vt premittitur, statuerint, plenam et liberam potestatem procedendi amicabiliter, compo-

nendi et arbitrandi tam solempnibus quam priuatis diebus, partis uel parcium absencia non obstante. Si vero negocio penes eosdem duos arbitratores pendente memoratum Ja. prepositum mori vel quocumque casu inpediri contigerit, quominus ipsi negocio interesse ac intendere valeat, ex tunc nos Wernherns episcopus Lauentinus et Ot. de Saṽraẅ ab eo presentatus alium idoneum et discretum in locum ipsius substituere tenebimur quam cito potuerimus, absque qualibet captione. Similiter si magister Ar. fuerit inpeditus vel decesserit, nos Emcho episcopus et Em. de Alzaya canonicus ecclesie Frisingensis in locum ipsius tenebimur alium idoneum subrogare. Taliter quoque substitutus uel substituti in ipso suo introitu iurabit uel iurabunt quemadmodum de primo electis arbitratoribus superius est expressum. Simili modo si quemquam substitutum impediri quando-vel quocienscunque contingerit (!), pars que illum substituat, alium idoneum sub forma superius annotata subroget loco sui. Si vero predicti duo domini Ja. prepositus et magister Ar. vel eis substituti in vnam formam sev sententiam vel amica(bilem) composicionem concordare nequiuerint, ex tunc ad tercium terminum et locum quem designandum duxerint, arbitratores tercium dominum Dyetricum videlicet de Wolfsaẅ . . . expensis communibus parcium euocabunt, iuraturum in primo suo accessu et deinde cum ceteris duobus arbitratoribus seu eis substitutis negocio intenturum, processurum et diffiniturum iuxta formam superius annotatam. Quem si forte quod absit, interim mori vel alias impediri contigerit, assumatur sub forma que superius est expressa. Quicquid vero per memoratos tres arbitratores communiter vel ipsis substitutos vel per duos eorum principales seu substitutos communiter et in scriptis arbitratorie ordinatum, diffinitum et pronunciatum seu alias per formam amicabilis conposicionis decretum fuerit, ab omnibus nobis et successoribus nostris sub periculo et amissione cause tociusque iuris cuilibet nostrum in premissis conpetenti et conpetituro in toto et in parte inuiolabiliter obseruetur, ita quod quicunque nostrûm huiusmodi arbitracioni seu diffinicioni in toto vel in parte contraire presumpserit, ipso facto ab omni iure quod sibi in premissis vel quolibet eorum conpetere potuit vel poterit in futurum, se nouerit penitus cecedisse. In quibus et quolibet eorum renunciamus ex certa sciencia restitucioni in integrum, excepcioni doli mali et omni alii iurisbeneficio ordinario et extraordinario

quod nobis vel cuilibet nostrum sev nostris successoribus possit aliqualiter in contrarium suffragari. Preterea omnes nos presentatores et presentati prefati predictis duobus dominis Ja. preposito sancti Bar. et magistro Ar. vel substituti(s) sibi et si illi nos concordare nequiuerint, tercio, videlicet domino Dietrico de Wolfsawe vel eius substituto vnacum premissis duobus composicionem inter nos amicabiliter attemptandi plenam et liberam tribuimus potestatem, ita quod propter hanc formam semel vel sepius attemptatam, si totum negocium premissum per eam terminatum non fuerit, prior forma compromissi huiusmodi nec sit nec intelligatur in toto vel in parte aliqualiter reuocata. In quorum omnium euidenciam et perpetuam rei memoriam nos presentatores et presentati sepedicti sigilla nostra presentibus litteris ex certa sciencia duximus appendenda. Actum in Frisaco, anno domini M. CCC. VI., nonis Octobris, hoc est feria sexta ante festum sancti Dyonisii.

Orig., Pgt., angehängte Sigel abgerissen, k. Reichsarchiv zu München.

460.

1306, 9. October, s. Andrä im Lavanthale. *Das Capitel von s. Andrä im Lavanthale erklärt seinen Beitritt zu dem Schiedsgerichte und dem Spruche, welchen dasselbe in dem Streite um die Pfarre s. Peter a/Kammersberge fällen würde.*

Vlricus dei gracia prepositus et archidyaconus, H. decanus totumque capitulum sancti Andree in valle Lauentina vniuersis presencium inspectoribus salutem et sinceram in domino caritatem cum noticia subscriptorum. Conpromisso facto seu faciendo uel composicioni super ecclesia sancti Petri prope Welz sita, iure patronatus, iure presentandi uel iure quod conpetit honorabili viro domino Ottoni de Sawrawe, capellano reuerendi in Christo patris ac domini nostri Wernheri Lauentini episcopi, uel aliquo predictorum iurium per quascunque personas que sua crediderunt interesse, presentibus ex certa scientia pleno omnium nostrum interueniente consensu cunctisque iuris sollempnitatibus adhibitis consentimus approbando et collaudando, volentes hec uel quodlibet ex eis valere prout de iure melius valere potuerunt et debebunt. In quorum omnium testimonium presentes ipsi domino Ottoni dedimus litteras sigillo nostri capi-

tulo roboratas. Datum in sancto Andrea, anno domini millesimo CCC. sexto, in die sancti Dyonisii.

Orig., Pgt., angehängtes Sigel abgefallen, k. Reichsarchiv zu München.

461.

1307, 5. Februar, Wien. *Herzog Fridrich von Österreich genemiget den Verkauf der grossen und kleinen Zehente zu Billichdorf, Wendling, Parbasdorf, und Rasdorf durch den Juden Lebmann von Wien, dem sie von Kalhoch von Ebersdorf verpfändet waren, an dessen Sohn Rudolf.*

Wir Fridrich von gotes gnaden herzoge von Osterreiche vnd von Steyre, herre ze Chrayen, avf der Marche vnd ze Portenawe tvn chvnt allen den die disen prief lesent oder horent lesen die nv lebend vnd hernach chvnftich sint, das Lebman der Jvde vnd sein havsvrowe vnd seine chint mit vnserm gvten willen vnd gvnst vnd auch mit vnser hant vnd mit vnsers getriwen diener willen vnd gvnst Chalhohes von Eberstorf verchavft habent die zehenten da ze Pilihdorf, da ze Wentlingen vnd da ze Perwolfdorf, paide grozze vnd chlaine, die lehen sint von vnserm herren pischolfe Wernharten von Pazzawe vnd den zehenten da ze Raeheleinstorf paide, grozzen vnd chlainen, der lehen von vns ist vnd die in verstanden waren von dem vorgenanten Chalhohen, die selben zehenten habent sie verchavft vnserm getriwen diener Rvdolfen von Eberstorf des vorgenanten Chalhohes svn vmb drev hvndert phvnt Wienner pfenninge der sie reht vnd redlichen gewert sint, vnd habent avch vns der vorgesprochen Chalhoh von Eberstorf vnd Lebman der Jvde vnd sein havsvrowe vnd seine chint den vorgenanten zehenten da ze Raeheleinsdorf paide, grozzen vnd chlainen, ledichlichen vnd vreilichen vnd vmbetwngenlichen avf gigeben (!) also beschaidenlichen vnserm diener Rvdolfen von Eberstorf vnd seinen erben ze rehtem lehen mit allem dem reht als man lehen leihen sol, ledichlichen vnd vreilichen ze haben vnd allen iren frvmen da mit ze schaffen, verchavffen, versetzzen vnd geben swem siewellen, an allen irresal vnd sein avch wir herzoge Fridrich des vorgesprochen zehenten da ze Raeheleinstorf vnsers diener Rvdolfes von Eberstorf vnd seiner erben rehter gewer vnd scherm fvr alle ansprache als lehens reht ist vnd des landes reht ze Osterreiche. Vnd wand diser chavf vnd dise lehenschaft reht vnd redlichen vor vns vnd avch mit vnser

hant geschehen ist, da von so haben wir geben vnserm diener Rvdolfen von Ebersdorf vnd seinen erben disen prief ze ainem sihtigen vrchvnde vnd ze ainem offen gezevge vnd ze ainer ewigen vestnvnge diser sache versigilten mit vnserm insigil. Diser prief ist geben ze Wienne do von Christes gebvrt waren ergangen drevzehen hvndert iar, in dem sibenten iare, dar nah naehisten Svntages nah Vnser vrowen tage der Lichtmesse.

Orig., Pgt., angehängtes Sigel ausgerissen, landsch. Archiv zu Wien.

462.

1307, 5. Februar, Wien. *Kalhoch von Ebersdorf genehmiget den Verkauf seiner grossen und kleinen Zehente zu Billichsdorf, Wendling, Parbasdorf und Rasdorf durch den Juden Lebman von Wien an seinen (Kalhoch's) Sohn Rudolf um 300 Pfund Wiener Pfennige.*

Ich Chalhoh von Eberstorf chamrer in Osterreiche vergihe vnd tvn chvnt allen den die disen prief lesent oder horent lesen, die nv lebent oder hernah chvnftich sint, daz Lebmanne dem Jvden ze Wienne vnd seiner havsvrowen vnd seinen chinden von mir verstanden sint die zehenten paide grozze vnd chlaine da ze Pilchdorf, da ze Wentlingen vnd da ze Perwolfstorf die lehen sint von vnserm herren pischolf Wernharten von Pazzawe, vnd der zehente paide grozzer vnd chlaine da ze Raeheleinstorf der lehen ist von vnserm herren herzogen Fridrichen von Osterreiche, die vorgenanten zehenten hat Lebman der Jvde vnd sein havsvrowe vnd seine chint mit mein Chalhohes gvtem willen vnd gvnst vnd aller meiner erben vnd meins herren hant herzogen Fridriches von Osterreiche verchavft meinem svne hern Rvdolfen umb drev hvndert phvnt Wienner phenninge der si reht vnd redlichen gewert sint, vnd haben avch wir, ich Chalhoh von Eberstorf vnd Lebman der Jvde vnd sein havsvrowe vnd seine chint vnserm herren herzogen Fridrichen den zehenten da ze Raeheleinstorf ledichlichen vnd vnbetwngenlichen avf gigeben (!), also beschaidenlichen daz er den selben zehenten da ze Raeheleinstorf verlihen hat meinem svne hern Rvdolfen ze rehtem lehen vnd seinen erben, vnd swanne daz ist daz unser herre pischolf Wernhart von Pazzawe her ze Wienne chvmt, so sol ich in die andern drei zehenten avf geben also beschaidenlichen,

swanne daz ist, daz ich Chalhoh die vorgenanten vier zehenten wider chavffen wil, die sol mir mein svn her Rvdolf oder sein erben, ob er niht enist, an alle wider rede her wider ze chavffen geben bei ainem drittaile oder bei zwain tailen oder gar ieglich drittail vmb hvndert phunt Wienner phenninge. Iz sol avch der chavf geschehen an Vnser vrawen tage der Liehtmesse vnd zv dehainer zeit mer in dem iare, vnd waere daz, des got niht gebe, daz mein svn her Rvdolf vnd sein erben die vorgenanten zehenten vor ehafter not niht versparen mohten, so svln sie mit den selben zehenten allen iren fromen schaffen, als iz in wol chome vnd fvege zv allem dem reht als vor an diesem prieve geschriben stet vnd anders niht, vnd gib in dar vber disen prief ze ainem vrchvnde vnd ze ainem gezevge vnd ze ainer vestnvnge diser sache versigilten mit meinem insigil vnd mit hern Stephans insigil von Meyssawe vnd mit der dreier prveder insigil hern Hainriches, hern Chvnrades vnd hern Siboten von Potendorf vnd mit meins vetern insigel hern Marchartes von Mistelbach die diser sach gezevg sint, mit ir insigiln vnd ander frvme levte genvch. Diser prief ist geben ze Wienne do von Christes gebvrt waren ergangen drevzehen hvndert jar, in dem sibenten jare dar nah, des naehisten Svntages nah Vnser vrowentage der Liehtmesse.

Orig., Pgt., von 6 angehängten Sigeln nur 1–3 erhalten, landsch. Archiv zu Wien; vgl. Notizenbl. d. k. Akad. zu Wien I. 9.

463.

1307, 5. Februar, Wien. *Rudolf, Kalhoch's Sohn von Ebersdorf, kauft von Lebmann, dem Juden zu Wien, die grossen und Kleinzehente zu Billichsdorf, Wendling, Parbasdorf und Rasdorf, welche sein Vater demselben versetzt hatte, um 300 Pfund Wiener Pfennige.*

Ich Rvdolf hern Chalhohes svn von Eberstorf vergihe vnd tvn chvnt allen den die disen prief lesent oder horent lesen, die nv lebent vnd hernah chvnftich sint, daz ich wider Lebmannen den Jvden ze Wienne vnd wider seine havsvrowen vnd wider seine chint die zehenten da ze Pilihdorf, da ze Wentlingen, da ze Perwolfstorf vnd da ze Raeheleinstorf die in verstanden waren von meinem vater dem vorgenanten hern Chalhohen, die vorgenanten zehenten han ich Rvdolf wider sie

gechavft vmb drev hvndert phvnt Wienner phenninge vnd ist avch der chavf geschehen mit vnsers herren hant herzogen Fridriches von Osterreiche vnd mit willen vnd gvnst meins vater hern Chalhohes vnd aller seiner erben, also mit avzgenomner rede, swanne daz ist daz mein vater her Chalhoh die vorgesprochen zehenten wider chavffen wil, antweder (!) bei ainem drittaile oder bei zwain tailen oder gar, die sol ich Rvdolf oder mein erben, ob ich niht enbin, im hin wider ze chavffen geben, ieglich drittail der vorgenanten zehenten vmb hvndert phvnt Wienner pfenninge an alle wider rede. Iz sol avch der chavf geschehen an Vnser vrowen tage der Liehtmesse vnd zv dehainer zeit mer in dem iare. Waer aber daz, des got niht gebe, daz ich Rvdolf vnd mein erben die vorgenanten zehenten vor ehafter not niht versparen mohten, so soln wir sie nvr verchavffen nvr zv dem glvbde vnd reht als vor an disem prieve geschriben stet vnd anders niht, vnd gib dar vber ich Rvdolf meinem vater hern Chalhohen disen prief ze ainem vrchvnde vnd ze ainem gezevge diser sache versigilten mit meinem insigil vnd sint avch des gezevg her Stephan von Meyssawe, her Hainrich, her Chvnrat vnd her Sibot die prveder von Potendorf, her Marchart von Mistelbach vnd ander frvme levt genvch den dise sache wol chvnt ist. Diser prief ist geben ze Wienne do von Christes gebvrt waren ergangen drevzehen hvndert jar, in dem sibenten jar dar nah, des naehisten Svntages nah Vnser vrowen tage der Liehtmesse.

Orig., Pgt., anhängendes Sigel, landsch. Archiv zu Wien.

464.

1307, 29. Mai — 27. September, s. Peter a/Kammersberg, Freising, s. Andrä im Lavantthale. *Propst Dietrich von Gurniz, Propst Jakob von s. Bartholomä zu Frisach und Dr. Arnold, Chorherr zu s. Moriz in Augsburg, entscheiden zwischen den Bischöfen Emcho von Freising und Wernher von Lavant als erwälte Spruchleute über die Zugehörigkeit der Kirche s. Peter a/Kammersberge, und die Capitel von Freising und Lavant bestätigen das Urtheil.*

In nomine domini amen. Nos Dietricus prepositus Gurnoçensis, Jacobus prepositus sancti Bartholomei Frisaci, Arnoldus doctor decretorum ac canonicus sancti Mauricii Auguste

arbitratores seu amicabiles compositores concorditer assumpti et electi a reuerendo in Christo patre domino Emchone venerabili episcopo ecclesie Frisingensis presentatore de consensu ecclesie sue pro se, ecclesia sua et omnibus successoribus suis et domino Emchone de Alzeya canonico ecclesie Frisingensis ipsius presentato ex parte vna et a reuerendo in Christo patre domino Wernhero venerabili episcopo ecclesie Lauentine presentatore de consensu ecclesie sue pro se, ecclesia sua et omnibus successoribus suis et domino Ottone de Sawrawe presentato eiusdem ex parte altera super lite et controuersia que iam dudum uentilata est et uertitur inter eos super ecclesia sancti Petri prope Welzz Salzburgensis dyocesis et iurepatronatus eiusdem quod sibi quilibet predictorum presentancium conpetere asserebat, et ipsi presentati ex presentacione eorundem ius sibi fore quesitum mutuo altercabant, visis, auditis. intellectis, examinatis et summo digito trutinatis (!) parcium iuribus deliberacione prehabita diligenti, pro bono pacis et concordie ex uirtute, robore et vigore conpromissi predicti, Christi nomine inuocato, in hiis scriptis concorditer et communiter ordinamus, laudamus, arbitramur, diffinimus, dicimus et precipimus, quod reuerendus in Christo pater dominus Wernherus venerabilis episcopus ecclesie Lauentine pro se, ecclesia sua et omnibus successoribus suis et dominus Otto de Sawrawe presentatus ab eodem reuerendo in Christo patri domino Emchoni venerabili episcopo Frisiensis (!) ecclesie et omnibus successoribus suis, nec non domino Emchoni de Alzaya canonico ecclesie memorate faciant finem, remissionem, quietacionem et reputacionem ac pactum de ulterius non petendo super lite et controuersia quam eisdem mouebant occasione ecclesie sancti Petri prope Welcz Salzburgensis dyocesis et iurispatrônatus eiusdem, cum nullum ius eosdem et quemlibet eorum seu alterum ipsorum inuenerimus in eadem et eodem habuisse communiter uel diuisim, propter quod memoratum dominum nostrum reuerendum in Christo patrem dominum Emchonem venerabilem episcopum ecclesie Frisiensis (!), ecclesiam suam et omnes suos successores et dominum Emchonem de Alzaya canonicum eiusdem ecclesie ab impeticione reuerendi in Christo patris domini Wernheri venerabilis episcopi ecclesie Lauentine et omnium successorum suorum et ecclesie sue, nec non domini Ottonis de Sawrawe duximus absoluendos et absoluimus com-

muniter et concorditer in hiis scriptis, eisdem reuerendo in Christo patri ac domino, domino Wernhero venerabili episcopo ecclesie Lauentine, ecclesie sue suisque successoribus et domino Ottoni de Sawrawe super premissis et quolibet premissorum perpetuum silencium inponentes. Insuper ex bono et equo laudamus et arbitramur, diffinimus, ordinamus et precipimus, quod reuerendus in Christo pater dominus Emcho venerabilis episcopus ecclesie Frisiensis, ecclesia sua uel successores ipsius reuerendo in Christo patri domino Wernhero venerabili episcopo ecclesie Lauentine, ecclesie sue uel successoribus suis ab hodie usque in annum ad recompensam iuris quod sibi et ecclesie sue in ecclesia sancti Petri prope Welcz et iurepatronatus credebat conpetere, et pro dampnis quocunque modo illatis seu quolibet alio interesse decem marcarum redditus in parrochia Redenteyn comparare uel emere teneantur, si quos forte venales infra anni spacium non inuenirent, decem marcarum reditus (!) de dominicalibus suis de consensu capituli sui sitos in predicta parrochia Redenteyn infra tempus predictum assignent eidem et ecclesie sue libere et quiete, sub ea condicione quod quando uoluerint, eosdem reditus per equiualentes recuperent uel per argentum semper pro marca redituum quinque marcas ponderati argenti ponderis Winnensis computando. Item precipimus et arbitramur quod predicti domini et patres dominus Emcho venerabilis episcopus Frisiensis et dominus Wernherus venerabilis episcopus ecclesie Lauentine procurabunt ab hinc usque ad proximum festum beati Michaelis, quod capitula eorum hanc pronunciacionem, laudum siue arbitrium approbent et sigillorum eorundem appensione muniant, roborent et confirment. Et hec omnia et singula volumus et precipimus inuiolabiliter fieri et obseruari sub pena in conpromisso apposita, videlicet quod pars non obseruans cadat a iure suo et hanc in singulis capitulis laudi et conpromissi, si contrafactum fuerit, uolumus conmitti, saluo et reseruato nobis arbitrio et potestate declarandi, interpretandi et corrigendi, vbicunque et quandocunque uisum fuerit expedire super predictis et quolibet predictorum. Actum apud sanctum Petrum prope Welz, anno domini M. CCC. septimo, IIII. kalend. Junii. Hanc igitur pronunciacionem, laudum seu diffinicionem sic prolatam ipsis partibus seu procuratoribus earundem presentibus intimamus, nec non omnibus qui sua crediderint interesse, in quorum om-

nium euidenciam nos Dietricus prepositus Gurnoczensis doctor utriusque iuris et Jacobus prepositus sancti Bartholomei Frisaci pro nobis et magistro Arnoldo predicto qui sigillo proprio caruit, sigilla nostra ex certa sciencia rogati per magistrum Arnoldum presentibus duximus appendenda. Actum loco, anno et die prenotatis.

Nos Wernherus dei gracia episcopus ecclesie Lauentine pro nobis et ecclesia nostra et omnibus successoribus nostris et ego Otto de Sawrawe presentatus ipsius et Emcho de Alzaya procurator reuerendi in Christo patris et domini Emchonis venerabilis episcopi ecclesie Frisiensis procuratoris nomine pro ipso, ecclesia sua et omnibus successoribus suis ac pro me ipso ipsius presentato omnes et singuli ex certa sciencia profitemur in hiis scriptis, quod arbitratores seu amicabiles compositores per nos assumpti seu electi in causa ecclesie sancti Petri prope Welz et iuris patronatus eiusdem, videlicet dominus Dietricus prepositus Gurnoczensis, Jacobus prepositus sancti Bartholomei Frisaci et magister Arnoldus de Augusta formam compromissi sibi per nos traditam in omnibus et per omnia legaliter et integraliter obseruarunt, quare ipsorum pronunciacionem prescriptam approbamus et ex certa sciencia (ipsi) consentimus et presentes sigillorum nostrorum munimine roboramus. Et ego Emcho de Alzaya procuratorio nomine quo supra, promitto quod reuerendus in Christo pater et dominus Emcho venerabilis episcopus ecclesie Frisiensis usque ad proximum festum sancti Mychaelis sigillum suum appendat presentibus in testimonium approbacionis et ratificacionis omnium premissorum. Actum anno, loco et die prenotatis.

Nos Gerhardus prepositus, Gotfridus decanus totumque capitulum ecclesie Frisingensis premisse pronunciani, diffinicioni, arbitracioni et laudo ex certa sciencia consentimus, ipsam approbamus, ratificamus et collaudamus, sigillo nostri capituli presentes legittime roborantes in euidenciam omnium premissorum. Actum Frisinge, anno domini M. CCC. VII., IIII. idus Junii.

Nos Vlricus prepositus et archidyaconus totumque capitulum ecclesie sancti Andree in (ualle) Lauentina premisse pronunciacioni, diffinicioni, arbitracioni et laudo ex certa sciencia consentimus, ipsam approbamus, ratificamus et collaudamus, sigillo nostri capituli presentes legitime roborantes in euiden-

ciam omnium premissorum. Actum in sancto Andrea in (ualle) Lauentina, anno domini M. CCC. VII., V. kalend. Octobris [1].

Orig., Pgt., acht anhängende, meist sehr verletzte Sigel, k. Reichsarchiv zu München.

465.

1307, 27. Juni, Lack. *Ulrich, Meinhart's Sohn von „Hohenaw", reversirt gegen Bischof Emcho von Freising betreffs eines ihm und seinem Bruder verliehenen Gutes zu „Hohenawe".*

Ich Vlreich Meinhartes svn von Hohenaŵ vergihe an disem brief, daz mein genädiger herre her Emch der ersam bischof von Freising mir ze rechtem lehen verlihen hat daz gůt ze Hohenawe daz Perenger von Hohenawe weilent ze lehen het von dem gotshaus ze Freising, vnd han auch ich meinem vorgenanten herren dem bischof fur mich vnd fur meinen průder gelobt vnd gehaizzen bei meinen trewen an aînes aydes stat, daz weder ich, noch mein průder ab dem selben gůt nicht nemen sulen, die weil fraw Taŷn Perengers tochter von Hohenawe lebt, wan dev selbe fraw Taŷn dev sol daz selbe gůt haben vnd niezzen an alle wider rede vncz an îr tot, vnd swenne dev selbe fraw Taŷn stirbet, da nach sol ich vnd mein průder vns des selben gůtes vnder winnden vnd sollen ez denne ze lehen haben. Vnd daz dev rede also ståt beleibe, dar vmbe han ich disen prief gegeben ze ainem vrchvnd vnd ze ainer gehvgenvsse vnd han auch meinen ôhaim graven Gôrgen von Gůtenberch gepeten, daz er sein insigel an disen brief gehenget hat, wan ich selbe ze der zeit aigen insigel nicht het. Ich Georî von Gůtenberch vergihe auch an disem brief, daz ich nah des vorgenanten Vlreichs pet mein insigel an disen brief gehenget han vnd pin auch selbe pei den tâidingen gewesen vnd sint auch da pei gewesen mein herre graf Gerhart der tůmbrost ze Freising, her Berchtolt von Gewolspach brobst ze Inichingen, her Wolfhart von Rôhling chorherre ze Freising vnd meins herren des bischofs zwen chapplan her Berchtolt vnd her Berchtolt, vnd her Chvnrat von Lok ab dem Turen vnd Berchtolt von Rôhling vnd ander erber lâvt genvg. Der brief ist gegeben ze Lok da man zalt von Christes gepurte

1 Beide letzten Absätze von verschiedenen Händen.

drevtzehen hvndert jar, dar nah in dem sibentem jar, an dem Eritag vor sand Peters tag.

Orig., Pgt., anhängendes Sigel, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

466.

1307, 8. Juli, Lack. *Bischof Emcho von Freising vereinbart sich mit Propst Berthold von Innichen betreffs der Theilung der Kinder aus der Ehe Friedrichs von Tessenberg mit einer Freisinger Ministerialin.*

Nos Emcho dei gracia episcopus ecclesie Frisingensis tenore presencium recognoscimus ac constare volumus vniuersis presencia inspecturis, quod ad instanciam Bertoldi de Gebolspah prepositi ecclesie Inticensis pro nobis nostrisque successoribus promisimus et promittimus in hiis scriptis, quod si Fridricus filius quondam Fridrici de Tessenberch condicione seruili pertinens ecclesie Inticensi vxorem sibi de familia ecclesie nostre acceperit, pueros quos idem Fridricus ex eadem genuerit vxore, nos uel successores nostri cum preposito et capitulo Inticensis ecclesie equaliter diuidemus. In cuius rei testimonium presentes litteras eidem Inticensi ecclesie dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum in Lok, anno domini millesimo CCC. septimo, Sabbato proximo ante festum beate Margarete virginis.

Orig., Pgt., anhängendes, stark beschädigtes Sigel, Stiftsarchiv zu Innichen.

467.

1307, 22. August, Lack. *Burggraf Rentsch von Maunitz (?) beurkundet den Vergleich der Logatscher mit Bischof Emch von Freising, und unter welchen Bedingungen genannte Leute als Bürgen für Erstere gegen Letzteren eingetreten seien.*

Ich Rentsch burgraf ze Movncz uergich vnd tv̊n chvnt allen den die disen prief sehent oder hôrent lesen, daz ich vnd die Logatscher die her nach geschriben sint an disem prief, gewesen sein bei minem herren dem ersamen bischof Emchen von Frising in siner pv̊rg ze Lok vnd haben vmb Meinharten vnd Gosdissen brv̊der, Dobroschen sv̊n von Logatsch die in siner vanchnv̊sse waren, also getâdingt, daz die vorgenanten

Meinhart vnd Gosdissa vmb ir vanchnv̊zze vnd vmb dev tat dev in widervaren ist dacz Seyroch, lauterlichen vreunt sint worden fv̊r sich sålben vnd fv̊r ir vreunt vnd fv̊r ir nachgepouren, daz si fvrpaz chain veintschaft, noch chainer lai tat haben sv̊llen gein des vorgenanten herren leuten oder gůt swie si genant sein, oder gein sinem gotshus, des habent di vorgenanten Meinhart vnd Gosdisse hintz den hailigen gesworn vnd gelübde geben in des vorgenanten herren des ersamen bischofen Emchen hant vnd alle die her nach geschriben sint, habent auch des sålben gesworn vnd gelobt als die vorgenanten M. vnd G. Dar zv̊ sint die verschriben Logatscher Sifrit, Mvltz, Debrost der alt vnd Dobrost der iung, Arnolt, Curman, Thomas, Juri, Mamola, Juri, Janes, Hertwich, Juri, Pegrina, Adam, Martin vnd Wetschegoy von Mavntz willig pv̊rg worden vnd habent mit ir aide gelopt swa minem vorgenanten herren von Frising oder sinem gotshus an sinen leuten oder an sinem gůt dev voruerschriben gelv̊bde vnd aide zerbrochen ẘrden mit chainer lay geuårde, daz danne die vorgenanten pv̊rgen vnuerschaidenlichen also swas an ainem ab gieng, daz man auf dem andern haben sol, minem vorgenanten herren bischof Em. im vnd sinem gotshuse schvldich sind worden zwaier hundert march Aglaier pfenning ze geben danne in ainem manod fv̊r die weil vnd si gemant werdent. Swa aber si des nicht tåten vnd sålhev gelvbde v̊berfv̊ren, so sv̊llen si trevlos, erlos vnd rehtlos sein vnd sol der vorgenant bischof Emch oder sein nachchom vf ir leib vnd ir gv̊t haben vnd gewärtich vnd geuårich sin vntz im dev zwai hundert march als vor verschriben ist vnd sinem gotshus vollechlichen geuallen. Dar v̊ber nach der vorgenanten pv̊rgen vnd Meinharts vnd Gosdissen willen vnd pet v̊ber dev vorgenanten vnd verschriben tåding vnd gelubde gib ich disen prief mit minem hangenden insigel ze ainer stätigung vnd ze ainem waren vrchvnde aller ding dev voruerschriben sint vnd dev tådinch sind geschehen dacz Lok do von Christes gepv̊rte ergangen waren drevzehen hundert iar, dar nach in dem sibenten iar, des nächsten Eritags vor santt Bartholomeus tag.

Orig., Pgt., anhängendes, schwer lesbares Sigel, k. Reichsarchiv zu München.

468.

1307, 25. August, Innichen. *Pfarrer Heinrich der jüngere Lucerna von Doblach reversirt gegen Bischof Emcho von Freising betreffs eines auf Lebenszeit ihm verliehenen Viertheilgrundes zu Niederdorf.*

Nouerint presentium inspectores tam posteri quam moderni Christi fideles vniuersi, quod ego Heinricus iunior Lucerna plebanus de Toblach quartale situm in Niderndorf quo(d) ammite (!) mee, videlicet Alheidis et Hedwigis cum filia eius nomine Gebirgis pridem renunciauerunt fidei mee et petendo reuerendum in Christo patrem et dominum venerabilem Emchonem episcopum Frisingensem, vt michi idem quartale pro tempore uite mee cónferre dignaretur, quod sua annuit clemencia graciosa. Quapropter ego predictus Heinricus plebanus de Toblach ex nunc pro me et pro omnibus quorum interesse putaretur, eidem renuncio quartali vt post obitum meum absolute, precise et absque omni contradictione ad usus dicte ecclesie Frisingensis reuertatur. Ad huius rei testimonium presentes litteras propria manu scriptas sigillo honorabilis capituli Itycensis duxi consignandas, testibus infrascriptis qui sunt domini Geroldus decanus, Heinricus dictus Lucerna, Geroldus de Brůnnek, Heinricus de Virg, Rudgerus, Heinricus dictus Porger, Marquardus canonici ecclesie memorate, layci uero Albertus filius quondam domini Heydenrici militis, Fridericus filius quondam domini Růdgeri militis, Růpertus, Perchtoldus Cholbechk et alii quam plures fide digni. Actum et datum Itycine, anno domini M. CCC. septimo, indictione V., VII. exeunte Augusto.

Orig., Pgt., angehängtes Sigel abgerissen, k. Reichsarchiv zu München.

469.

1307, 24. December, Lack. *Bischof Emcho von Freising genehmiget die Schritte, welche sein Capitel zur Vertheidigung seiner Unterthanen zu Parbian wider das Deutschordenshaus zu Bozen und dessen Uebergriffe unternehmen will.*

Nos Emcho dei gracia episcopus ecclesie Frisingensis omnibus ad quos presentes peruenerint, cupimus esse notum,

quod cum dilecti in Christo . . . prepositus, . . . decanus totumque capitulum ecclesie nostre Frisingensis sua conquestione nobis demonstrassent, quod commendator et fratres hospitalis in Bozano Tridentine dyocesis pro commendatore et fratribus in Lengenmos eiusdem ordinis et dyocesis quos sue ecclesie subiectos asserunt, Chvnradum de Fontana, Nycolaum et Engelmannum eius fratres colonos possessionum sitarum in monte Perbyan plebis de Vilanders predicte dyocesis, que quidem possessiones ad dictam nostram ecclesiam pertinere dinoscuntur, coram discreto viro domino . . . abbate sancti Laurencii in Tridento qui se gerit pro iudice sedis apostolice delegato, traxissent in causam et petiuissent, iidem prepositus, decanus et capitulum, vt defensioni carundem suarum possessionum auctoritatem et consensum prestare dignaremur, nos non solum in defendendo sed etiam in agendo eisdem auctoritatem, voluntatem et consensum adhibuimus et presentibus adhibemus, ratum et gratum habituri quicquid per sepedictos prepositum, decanum et capitulum, substitutum vel substitutos ab eisdem fuerit ordinatum. In quorum testimonium presentes dedimus litteras nostri sigilli munimine consignatas. Datum in Lok, anno domini millesimo CCC., septimo in vigilia Natiuitatis domini.

Orig., Pgt., anhängendes, stark verletztes Sigel, k. Reichsarchiv zu München.

470.

1308, 7. Jänner (?), ... *Heugel von Scharfenberg und sein Bruder Albrecht verkaufen an Bischof Emcho von Freising zwei genannte leibeigene Knechte um 12 Mark Aglaier Pfennige.*

Ich Heugel von Scherfenberch vnd Albrecht mein brůder vergehen an disem brief vnd tůn chunt allen den di in sehent, horent oder lesent, daz wir mit gůten willen verchauft haben pyscholf Emchen vnd seinem gotshaus ze Vreysing zwen aigen chnecht Thomasen vnd Peren (!) von sand Choncian mit ir chinden vm czwelf march Aglayer phenning, also daz wir chain ansprach suln mer haben auf di vor genanten chnecht. Daz diseu red stet vnd vnuerbrochen beleib, geben wir disen offen brief mit meinem yngsigel Heugel vnd mit vnsers vetern yngsigel Vlrich von Scherfenberch ze vrchund der warhait. Diseu gelubd sint geschehen vnd diser chauf nach Christes geburd

tausent iar, dreuhundert iar vnd darnach in dem achtaeden, an sand Valanteinstach.

Orig., Pgt., von zwei angehängten Sigeln Nr. 2 allein sehr schadhaft vorhanden, k. Reichsarchiv zu München.

471.

1308, 20. Jänner, Radentein. *Bischof Wernher von Lavant und das Capitel daselbst stehen auf Grund eines schiedsrichterlichen Erkenntnisses von ihren Ansprüchen an die Pfarre s. Peter a/Kammersberge an Bischof Emcho von Freising ab und erklären sich von demselben nach Laut des Urtheils für entschädiget.*

Nos Wernherus dei gratia episcopus, Vlricus prepositus totumque capitulum sancti Andree ecclesie Lauentine pro nobis et ecclesia nostra ac omnibus nostris successoribus tenore presencium publice profitemur ac constare volumus presentium inspectoribus vniuersis, quod quia causa seu controuersia que super ecclesia sancti Petri prope Welcz dyocesis Salczburgensis et iurepatronatus eiusdem ecclesie sancti Petri inter reuerendum in Christo patrem dominum Emchonem venerabilem episcopum ecclesie Frisingensis et eandem suam ecclesiam Frisingensem, necnon eiusdem domini Emchonis Frisingensis episcopi presentatum, dominum Emchonem videlicet de Alczeia canonicum ecclesie memorate Frisingensis ex vna, et nos et ecclesiam nostram Lauentinam et presentatum a nobis predicto Wernhero episcopo Lauentino, Ottonem videlicet de Savraw ex parte altera vertebatur, per honorabiles viros dominos Jacobum prepositum sancti Bartholomei Frisaci, Dyetricum de Wolfsaw prepositum ecclesie Gvrnocensis et magistrum Arnoldum doctorem decretorum canonicum sancti Mauricii Auguste pro arbitratoribus seu amicabilibus compositoribus ab utraque parte communiter et concorditer electos est sub anno domini millesimo trecentesimo septimo, quarto kalendis Junii apud sanctum Petrum per formam arbitracionis diffinita, terminata et decisa penitus sub hoc modo, videlicet quod predictis domino Emchone venerabili episcopo et ecclesia sua Frisingensi, nec non domino Emchoni de Alczeia eiusdem domini Emchonis ecclesie Frisingensis episcopi presentato a nostra et ecclesie nostre Lauentine omniumque successorum nostrorum, nec non a pre-

dicti Ottonis de Savraw a nobis predicto Wernhero Lauentino episcopo presentati impeticione seu instancia in antea absolutis, idem dominus Emcho venerabilis episcopus Frisingensis ecclesie omnesque successores pro se et ecclesia sua Frisingensi habent et perpetuo habere debent ius patronatus in predicta ecclesia sancti Petri et nichilominus memoratus dominus Emcho venerabilis episcopus Frisingensis pro se et successoribus suis ac ecclesia Frisingensi nobis et ecclesie nostre Lauentine ab eodem die quo predicta diffinitio seu arbitratoria decisio est promulgata siue facta, vsque ad annum in recompensam iuris quod nos credebamus ecclesiam Raedentein vel ecclesiam nostram Lauentinam in eadem ecclesia sancti Petri prope Weltz et iurepatronatus ipsius habuisse, et pro damnis quocunque modo illatis seu alio quolibet interesse decem marcarum redditus de suis dominicalibus redditibus in parrochia Raedentein nobis et ecclesie nostre Lauentine assignare debeat sub hoc modo, quod quandocunque voluerit, eosdem redditus recuperare seu reabsoluere valeat cum argento, sic quod quinque marce ponderati argenti pro qualibet marca reddituum computentur, prout hec omnia ex forma litterarum per predictos arbitratores super prenotata arbitratoria diffinicione seu decisione confectarum appercius apparent cuilibet intuienti (!), prefatus dominus Emcho venerabilis episcopus et capitulum ecclesie Frisingensis predicte pro se et eadem ecclesia sua per Fridericum dictum Ellenpech ipsius domini Emchonis Frisingensis ecclesie episcopi notarium ecclesie sancti Andree Frisinge canonicum ab eisdem domino Emchone venerabili episcopo et capitulo Frisingensis ecclesie cum sufficienti et pleno mandato ad hoc procuratorio nomine deputatum et transmissum et per Fridericum de Sandawe memorati domini Emchonis venerabilis episcopi Frisingensis bvrchgrafium in Rotenvels, nec non per Reicherum eiusdem domini Emchonis Frisingensis episcopi in sancto Petro officialem domino Nycolao ecclesie in Staevntz canonico dyocesis Secouiensis nostri, videlicet Wernheri memorati episcopi Lauentini notario et capellano a nobis predictis Wernhero episcopo et capitulo ecclesie Lauentine procuratorio nomine cum pleno et sufficienti mandato ad hoc deputato et transmisso vice ac nomine nostro et ecclesie nostre Lauentine sub anno domini millesimo trecentesimo octauo, quintodecimo kalendas Februarii decem marcarum redditus de dominicalibus redditibus ipsius

domini Emchonis venerabilis episcopi Frisingensis in parrochia Raedentein sitis in predicta villa sancti Petri prout debuerunt, libere et legittime assignarant, et postquam memoratus dominus Nykolaus predicte ecclesie in Staeuntz canonicus procurator noster nomine nostro et ecclesie nostre Lauentine secundum formam per nos et ecclesiam nostram Lauentinam sibi tradite potestatis memoratos decem marcarum redditus vt premittitur assignatos pro nobis et ecclesia nostra Lauentina predicto anno domini millesimo trecentesimo octauo, quintodecimo kalendis Februarii acceptauit et sollempni publicacione approbauit, prefatus Fridericus memorati domini venerabilis episcopi Frisingensis notarius predicte ecclesie sancti Andree Frisinge canonicus secundum formam mandati et potestatis a predictis domino Emchone venerabili episcopo et capitulo prefate ecclesie Frisingensis procuratorio nomine sibi super hoc traditi vnacum predicto Friderico de Sandaw ipsius domini Emchonis Frisingensis episcopi burchgrafio in Rotenuels et prefato Reichero eiusdem domini Emchonis venerabilis episcopi Frisingensis officiali in sancto Petro prenotatum Nykolaum canonicum in Staeuntz procuratorem nostrum pro nobis et ecclesia nostra Lauentina in corporalem et quietam et pacificam possessionem earundem decem marcarum reddituum predicto anno domini millesimo trecentesimo octauo, quintodecimo kalendas Februarii cum sollempnitate debita inmisit et inductos defendit, forma predicte pronunciacionis, diffinitionis seu arbitratorie decisionis ab utraque parte in omnibus et per omnia obseruata, sepedictosque decem marcarum redditus prenotato domino Nykolao nostro procuratori vice ac nomine nostro ac ecclesie nostre Lauentine per predictum Fridericum prelibati domini Emchonis Frisingensis episcopi notarium, ipsius et capituli ac ecclesie Frisingensis procuratorem sic vt premittitur, cum plena et pacifica possessione ordinarie ac rite assignatos prenotati dominus Emcho venerabilis episcopus et capitulum ecclesie Frisingensis pro se et ecclesia sua per predictum Fridericum ipsius domini Emchonis Frisingensis episcopi notarium procuratorem eorum a predicto domino Nykolao procuratore nostro a nobis et ab ecclesia nostra Lauentina sub predicto anno domini millesimo trecentesimo octauo, terciodecimo kalendis Februarii in villa Raedentein recuperauerunt, reabsoluerunt seu redimerunt pro quinquaginta marcis ponderati argenti secundum formam prenotate

pronunciacionis, terminationis seu decisionis per predictos arbitratores facte ab eisdem domino Emchone venerabili episcopo et capitulo ecclesie Frisingensis tradite potestatis, ita videlicet quod pro qualibet marca reddituum sepefati dominus Emcho venerabilis episcopus et capitulum Frisingensis ecclesie sepedicte pro se et ecclesia sua omnibusque successoribus suis domino Nykolao procuratori nostro prelibato pro nobis et ecclesia nostra Lauentina per predictum Fridericum notarium procuratorem eorum dederunt et persoluerunt quinque marcas ponderati argenti ponderis Wiennensis et sic de predictis quinquaginta marcis ponderati argenti quas pro nobis et ecclesia nostra Lauentina recepimus predicto anno millesimo trecentesimo octauo, terciodecimo kalendis Februarii, sumus plene pagati et cum integritate debita expediti, profitentes quod predictus Fridericus notarius sancti Andreę Frisinge canonicus sepefatorum domini Emchonis venerabilis episcopi et capituli ecclesie Frisingensis procurator nomine procuratorio generaliter omnia et singula que toti predicto negocio apta et congrua videbantur, ordinauit, seruauit, adimpleuit et plene fecit, forma prenotate diffinitionis, pronuntiationis seu arbitratorie decisionis per sepefatos arbitratores facte et rite ab utraque parte in omnibus et per omnia obseruata. In perhenne igitur testimonium omnium et quorumlibet premissorum sepedictis domino Emchoni venerabili episcopo et capitulo ecclesie Frisingensis ac eidem ecclesie Frisingensi presentes dedimus litteras nostrorum sigillorum robore communitas. Datum in Raedenstein, anno et die prenotatis videlicet millesimo trecentesimo octauo, terciodecimo kalendas Februarii.

Orig., Pgt., 2 angehängte Sigel abgerissen, k. Reichsarchiv zu München.

472.

1308, 17. Februar, Lack. *Niklas von Stein reversirt gegen Bischof Emcho von Freising betreffs des im Thurme zu Lack ihm gewährten Ansitzes.*

Ich Nyclawe von Stain vergich vnd tvn chvnt allen den die disen prief sehent oder horent lesen, daz mich mein genädiger herr der ersam bischof Emch von Frising behauset hat datz Lok vf seinen tvren zv̊ hern Chvnrat vnd han ich im

gelobt in aides weis, daz ich alle die weile vnd ich sein dienâr pin, chainen chriekh oder red ansetzen sol an sinen rat, da von er oder sein gotshuse dhainen chriekh oder schaden nemen möchte. Ich sol auch meinen vorgenanten herren oder sein gotshuse bewaren, daz sein leut oder sein gût icht verpfendet werden vmb chain mein gûlt der ich gälten sol. Auch han ich im gehaizzen, swanne daz wâr, daz ich nicht mer sein diener sein wolde vnd wâr, daz ich chain ansprach vnd nachraitung vmb chainen meinen dienst haben sol gein dem vorgenanten meinem herrn oder gein seinem gotshuse ze Frisingen. Darûber daz deu vorgeschriben meiniv gelœbde stât vnd vnzerbrochen beliben, han ich gebeten herrn Wolfhart von Rœchlinge chorherren ze Frising vnd hern Chvnrat von Lok meinen swager daz si ir insigel alain mit meinem insigel legen an disen prief. Der prief ist geben vnd disev tâdinch sind geschehen datz Lok da man zalt von Christes gebvrt drevzehenhvndert iar, dar nah in dem achten iar, XIIII. kal. Martii.

Orig., Pgt., 3 anhängende verletzte Sigel, k. Reichsarchiv zu München.

473.

1308, 20. Februar, Waidhofen. *Otto von Zinsendorf entsagt seinen Ansprüchen auf die Kinder Friedrichs von Ochsenbach.*

Ich Otte von Cincendorf vergihe vnd tûn chvnt allen den die disen brief ansehent oder horent lesen, daz ich noch dehain min erbe dehaines rechten mvgen geiehen noch svln auf Fridreiches chint von Ochsenpach der vns mit aigenschaft angehœret nœr daz des selben Frideriches chint elliusampt an alle widerred den ersamen herren minen herren bischof Emchen von Frisingen, sin nachchomen vnd sin gotshause ledichlichen an gehœrent seit ir mûter ein Witzlispergerinne gewesen ist, die dem selben gotshause von Frisingen ie vnd ie zûgehoret habent, da von sol ich noch dehain min erbe dehain ansprache hinnefvr gen den selben Frideriches chinden nimmer mer gesûchen. Vnd daz furbaz dehain zweifel noch chrieg dar vmb auf mug gesten, gib ich disen brief versigelten mit minem insigel fvr mich vnd fvr alle min erben minem vorgeschriben herren von Frisingen vnd sinem gotshaus ze einem staeten vrchvnde. Der brief ist gebn ze Waidhouen do von Christes

geburte warn drevzehen hvndert iar vnd dar nach in dem ahtoden iar, des Eritags vor sant Mathias tag des zwelfpoten, vnd ist da bi gewesen vnd sint auch geziuch die ersam herren graf Gerhart tvmprobst ze Frisingen vnd her Emche von Altzeie probst ze Wertse, her Heinrich pfarrer ze Entzesdorf vnd her Hertwich verweser ze Waidhouen, Marquart der Lůhsnckker von Schonpůhel, Chvnrat der Proter, Wolfhart von Fribrechtsteten vnd Otte von Witzlinsperge vnd ander biderbe levte genůge.

Orig., Pgt., anhängendes Sigel in Fragment, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

474.

1308, 25. Februar, ... *Gottfried Fluschart und andere genannte Bürger von Waidhofen stellen sich dem Bischofe Emcho von Freising zu Bürgen für Imbring den Richter im Betrage von 300 Pfund Wiener Pfennigen.*

Wir Gotfrid Fluschart, Heinrich Chôl, Witig, Pitrolf der Wienner, Chvnrat des Fluschartes aidem, Vlreich Snabel, Chvnrat des Chvchenmaisters svn, Vrôwein Karle, Heinrich Schônhals, Dietrich der Zechmaister, Herbort Nachrihter, Wernhart der Visscher, Hagen in dem Winchel, Otte der Altrihter vnd Chvnrat der Seinchnecht burger ze Waidhouen veriehen vnd tvn chvnt allen den die disen brief an sehent oder hôrent lesen, daz wir mit rehter borgschaft alle vnverschaidenleiche gelobt habn vnd burgen worden sein vnsers vrevndes Imbringes des rihter hintz vnserm herren graven Gerharte dem ersamen tvmprobst von Freisingen an vnsers herren des erbaern fvrsten bischof Emchen stat des selben gotshauses ze Freisingen vmb drev hvndert phvnt Wienner phenning vnd vmb zwelf schilling der er im mit rehter raitvng schvldich worden ist vnd der er in auch wern sol halbes tailes auf die naechsten Mittevasten vnd des andern tailes auf die Ostern zehant dar nach, vnd in den selben vristen wern von tag ze tag an gevaerd als er sin wol schvldich ist mit gvten triwen. Waer aber daz der selbe Imbrinch sich dar an vergaezze vnd niht auzrihte daz vorgenant gůt auf diu zil als er gehaizzen hat vnd vns ze borgen dar vmb versatzzet, so sein wir gebvnden nach dem gelubde vnser porgeschaft alle gmain

ein ze varn dar nach vnd wir gemant werden in rehter laistvng ein ze varn, hie zu Waidhouen in ain hause da wir hin gevordert werden vnd dar auz niht niht (!) ze chomen vntz Imbrinch oder wir nach ie der vrist gewern vnsern herren von Frisingen sines gůtes gantzlich vnd gar vnd sind dannoch dar vber gebvnden dem selben vnserm herren an gevaerd ab ze legen allen den schaden den er sines gůtes nach ie der genanten vrist nimt an Juden oder an Christen. Vnd daz div vorgeschriben borgschaft von vns also staet beleibe vnd vollefürt werde vnserem herren von Frisingen, gebn wir disen brief verinsigelten dar vber mit hern Hertweigs vnsers pfarrer ze der vrist den wir dar vmb alle gebeten habn, insigel ze einem vrchvnd. Der brief ist gegebn vnd geschriben do von Christes geburt warn drevzehenhvndert jar vnd dar nach in dem ahtoden jar, an dem naechsten Svntag vor Vasnach.

Orig., Pgt., anhängendes Sigel, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

475.

1308, 24. April, Wien. *Kalhoch von Ebersdorf verpfändet dem Juden Lebmann von Wien dritthalb Lehen zu Rasdorf (herzoglicher Lehenschaft) für 50 Pfund Wiener Pfennige.*

Ich Chalhoh von Eberstorf chamrer in Osterreiche vergihe vnd tvn chvnt allen den die disen prief lesent oder horent lesen, daz ich mit meiner erben gvtem willen vnd gvnst vnd mit meins herren hant herzogen Fridriches von Osterreiche meins rechten lehens des ich von im han, drittehalp lehen die da ligent da ze Raeheleinstorf mit alle dev vnd dar zv gehorent, ze velde vnd ze dorf, swie so daz genant ist, die da dienent aller iaerchlich fivnf mvtte waittzes vnd drittehalp phvnt Wienner phenninge, die selben drittehalp lehen mit nvttze, mit al han ich gesatz (!) Lebmanne dem Jvden vnd seinen erben fvr fivnfzich phvnt Wienner phenninge da von dem hivtigen tage avf fivnfzehen phvnt phenninge gesvch get, avf ain ieglich phvnt sechs phenninge alle wochen. So svln sie die fivnf mvtte waitzzes vnd die drittehalp phvnt phenninge die die vorgenanten drittehalp lehen da ze Raeheleinstorf dient alle jar, nemen alle jar zv gesvche von den fivnf vnd den dreizzich phvnden phenninge vnd dehainen andern gesvch mer.

Vnd ist daz ich so lange lazze gesvch avf die drittehalbe lehen gen daz sie niht tivrer ensint, so sol Lebman der Jvde vnd sein erben fvrbaz mit den vorgenanten drittehalbem (!) lehen da ze Raeheleinstorf allen irn frvmen schaffen als iz in wol chome vnd fvege, also verre daz sie paide havpgvtes vnd schaden gar da von gewert werden, vnd swaz in paide havpgvtes vnd schaden an den drittehalben lehen abe get, daz svln sie haben avf mir vnd avf anderm meinem gvte daz ich han in dem lande ze Osterreiche, vnd bin avch ich Chalhoh der vorgesprochen drittehalber lehen da ze Raeheleinstorf vnd alles des dar zv gehoret, Lebmannes des Jvden vnd seiner erben rehter gewer vnd scherm fvr alle ansprache als satzzunge reht ist vnd des landes reht ze Osterreiche, vnd gib in dar vber disen prief zv ainem vrchvnde vnd zv ainem gezevge mit meinem insigil versigilten. Diser prief ist geben ze Wienne do von Christes gebvrt waren ergangen drevzehen hvndert jar in dem achten jare, dar nah an sand Jorgen tage.

Orig., Pgt., anhängendes Sigel, landsch. Archiv zu Wien.

476.

et iuste facere possumus et debemus, nos non artat. Item tercio quod in sententia sev precepto, scilicet quod infra sex dies qui dies a Sabbato Epiphanie numerandi forent, eundem Frid. Gloyacher in possessionem debeamus recipere et admittere et turbato res remouere etc., tanquam in hac parte iniungens et implicans facto, impossibile nos non vrget, maxime propter nimis inconpetens termini sev temporis interuallum et huius rei euidencia se ipsam ostendit, cum inter Frisingam vbi nunc degemus, et locum vbi id fieri precipitur, plus sit quam distancia quatuordecim legalium dietarum et ipse tantum prestiterit terminum sex dierum. Ex hiis uel eorum altero patenter et notorie sencientes nos et ecclesiam nostram irracionabiliter pregrauari et grauatos esse ac in futurum ab ipso grauari posse, coram vobis tanquam si coram ipso essemus presentialiter constituti, ad cautelam in hiis scriptis ad sedem apostolicam appellamus subicientes nos, statum, honores, res et iura et beneficia nostra protectioni sedis eiusdem et apostolos petimus iterum et iterum petimus cum instancia nobis dari et super appellacione huiusmodi vestrum testimonium inuocamus, astringentes nos tantum ad ea que sufficienter appellacionem nostram verificant siue firmant. Protestamus quoque et promittimus quod presentem appellacionem eidem venerando viro domino O. abbati sancti Lamberti insinuabimus, notificabimus ac ipsam ex hiis et aliis illatis et inferendis grauaminibus innouabimus coram ipso aut aliis sicut fuerit oportunum. In premissorum autem euidenciam et cautelam testimonii presentes nostrorum sigillorum signaculis consignamus. Et nos Chůnradus episcopus Frisingensis ob amplius per nos sic interposite appellacionis iudicium, nostrum sigillum appendimus, in id ipsum protestantes cum hoc quod per vim appellacionis per nos facte non intendimus preceptum sev ipsius virtutem facere aliquam que est nulla. Actum et datum Frisinge, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo, XVIII. kalendas Februarii.

Orig., Pgt., 4 anhängende, theilweise verletzte Sigel, k. Reichsarchiv zu München.

539.

1320, 20. Jänner, Freising. *Bischof Konrad von Freising überweist seinem Domcapitel eine jährliche Rente von 20 Pfund Wiener Pfennigen aus dem Einkommen der Herrschaft Enzersdorf.*

Nos Chůnradus dei gracia episcopus ecclesie Frisingensis tenore presencium profitemur quod secundum formam et tractatus dudum inter nos et capitulum ecclesie nostre super quondam ipsorum officialibus Frisinge ac iuribus eorundem habitos pro compensa huiusmodi singulis annis ipsi capitulo de bonis episcopii in hofmarchia nostra Entzestorf viginti libras denariorum Wiennensium deputauimus, prout in aliis instrumentis apparet, sic quod quicumque apud Entzestorf noster et ecclesie nostre officialis uel granator pro tempore fuerit, de bonis et rebus nostris capitulum memoratum aut nuncium eius certum in festo beati Michahelis de decem libris denariorum Wiennensium nouorum et in subsequenti festo beati Georij de residuis decem libris denariorum veterum teneatur annuo expedire. Et in huius rei testimonium presentes nostri appensione sigilli iussimus roborari. Datum Frisinge, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo, XIII. kal. Februarii.

Orig., Pgt., anhängendes, stark verletztes Sigel, k. Reichsarchiv zu München.

540.

1320, 5. April, Ulmerfeld. *Friedrich Fribestetter verkauft seinen dem Bisthume Freising lehenbaren Hof zu Brandstetten bei Neuhofen dem Bischofe Konrad von Freising um 20 Pfund Pfennige und genannte Naturalien.*

Ich Fridreich Fribesteter vergich an disem brief, daz ich meinem genaedign herren bischof Chvnraden von Freisingen verchauft han reht vnd redleich meinen hof ze Prantsteten den ich von im ze lehen han gehabt vnd der iaerleich dienet zwain phunt phening, eins an Vnsern vrowen tag in dem herbst vnd daz ander an sand Marteins tag, also daz er, sein nachchomen vnd daz gotshaus ze Freisingen den selben hof mit alle daz dar zue gehôrt, besueht vnd vnbesueht, levt vnd guet inne haben vnd ewichleich als ander aygen vrbor niezzen schullen mit dienst, mit stewer vnd mit allen sachen, vnd schol ich vnd

mein erben mit dem hof fûrbaz, noch mit levten, noch mit guet vnd swaz dar zů gehört, nichtsniht ze schaffen haben vnd verzeich mich dar auf für mich vnd für alle mein erben. Den vorgenanten hof vnd swaz dar zue gehört han ich meinem herren vnd dem gotshaus ze Freisingen gaentzleich vnd ledichleich geben vnd verchauft vmb zwainzich phunt Wienner phening vnd vmb syben mvtt getraides, drey roken vnd vier habern, der selben phenning vnd getraydes bin ich gaentzleich gewert, vnd auch vmb ein vaz weins daz ich dar vmb auch enphangen han. Vnd wan ich aygens insigels niht enhan, gib ich disen brief versigelten mit meiner vreunt insigeln Hermans dez Haesibs vnd Volchmars von Hag dar vnder ich mich vnd mein erben verbinde der vorgeschriben sache. Daz ist auch geschehen vnd ist der brief geben ze Vdmaruelt, da man zalt von Christs gebûrd drevzehen hvndert jare, dar nach in dem zwaintzgisten jar, dez naegstem (!) Samztags nach der Osterwochen.

Orig., Pgt., 2 anhängende verletzte Sigel, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

541.

C. 1320, ..., ... *Bischof Konrad von Freising ersucht das Capitel von Innichen, seinem Notar Nicolaus Naegellin eine Präbende zu verleihen.*

Chůnradus dei gracia episcopus Frisingensis. Viris discretis dominis Heinrico decano et capitulo ecclesie Inticensis salutem ex affectu. Postquam Růdgerus notarius noster prebendam et ius canonie quod in ecclesia vestra habere debuit, in presencia prepositi vestri et coram aliis magnis in Frisinga viris dimisit eidemque voluntarie cessit ipsum ius quatenus sui intererat, in personam Nycolai Naegellini notarii nostri quem speciali fauore prosequimur, duximus transferendum, vniuersitatem vestram presentibus adhortantes, quatenus eundem Nycolaum ad prebendam et in locum dicti Růdgeri in vestro consorcio admittatis, licet enim alias postulacionibus nostris prius contradixeritis, tamen peticionem obmittere nolumus vobis in hoc negocio porrigendam. Datum in Neunmarcht, feria secunda ante Georii.

Orig., Pgt., aussen aufgedrücktes gelbes Sigel abgewischt, Stiftsarchiv zu Innichen.

542.

1321, 6. Jänner, Lack. *Bischof Konrad von Freising gestattet, dass Graf Albrecht von Görz die Heimsteuer seiner Gattin Euphemia im Betrage von 500 Mark Schilling auf 50 Mark Gülten Freisingischer Lehen im Sexten u. s. w. anweise.*

Wir Ch. von gots gnaden bischof ze Frising veriehen vnd tůn chunt allen den di disen brief sehent oder hôrnt lesen, daz wir durch bet vnd willen der hohen vnd edeln herren vnsrer lieben vnd besunder frevnt grafen Heinr. vnd grafen Alb. von Gôrcz vnd von Tyrol vnser gunst vnd willen dar zv̊ gegeben haben vnd geben mit disem brief, daz der vorgenant graf Alb. sein havsfraẘn vnd wîrtinne graeuin Ofmeyn von Gôrcz geweiset vnd beczaigt hat fůnf hundert march schilling irr haymstivr auf 1 march gelts gelegen in der gegend ze Sylian auf div vrbor vnd gůt die her nach geschriben stent vnd von vnserm gotshous lehen sint, des ersten den hof in der Sexten da Ber. auf siczt, da selb ein hof ze Wazzer, dar nah Ber. in dem Sunntal, in der Planchen ein hof den Diet. paẘt, da selben den hof den Stephan paẘt, eyn gůt ze Winnpach gelegen daz Ott paẘt Fritzlieben (svn?), die mv̊l ze Fronholcz etc. specialiter nominata (!). Dev vorgeschriben levt vnd gůt mit allen den rehten als si vnser frevnt der vorgenant graf Albreht inne gehabt hat, haben wir der vorgenanten graevin Offmein bestaetiget also bescheidenlich, daz si ir lebtag die vorgenanten gůt inne haben vnd niezzen sol vnd die selben gůt vnd vrbor die ir ze haymstewer beczaygt sint, niht enpfrônden sol daz die aygenschaft vnd herschaft bey dem gotshous ze Frising beleibe, wan nah ir tode sůllen div gůt vnd lehenschaft an geuallen ir erben die si bey graf Albreht hat oder noch gewinnet daz sv̊n sint, verfůr aber si an sôlih erbn, so geuallent div vorgenant gůt vnd haimstivr wider an graf Albreht sv̊n die pillich erben sůllen, den nemen wir ir reht niht da mit ab, also daz auch wir bey vnserm rehten beleiben. Dar v̊ber geben wir disen brief etc. Datum in Lok, anno (domini) M. CCC. XXI., in Epiphania domini.

Notizbuch Bischof Konrads III., f. 52, Meichelbeck II./2, 151, Nr. 250.

543.

1321, 8. Jänner, Lack. *Bischof Konrad von Freising gestattet, dass Graf Albrecht von Görz seine Gattin Euphemia in ihrer Morgengabe auf zwei ihm verlehnte Schwaigen bei Silian weise.*

Wir Ch. etc. veriehen etc. daz der edel herre vnser besundrer frevnt graf Alb. von Gôrtz vnd von Tyrol mit vnsrer gunst vnd willen sein havsfrawen vnd wirtinne die edeln graeuin Offm. von Gôrtz ein tayl irr morgengab geweiset hat auf zwo zwaige die graf Alb. von vns ze lehen sol haben vnd (die) gelegen sint in der gegent ze Sylian, eynev auf Kartytsch da Alb. der Espaner auf sitzet, vnd die ander in der Volgraten da Alb. in der Lewen auf siczt. Div vorgnant zway gût mit samt den levten als si graf Alb. inne gehabt hat, haben wir der vorgnant graevinn Offm. bestaetigt ze ir morgengab daz si da mit schaffen sol swaz ir lieb ist, also auzgenomenlich daz si die vorgnant gût die vnsers gotshous aygenschaft sint, an vnsern vnd vnsrer nachchomen willen niht fûrbaz entpfrônden sol, ez beleib die herrschaft vnd aygenschaft bey vns vnd bey dem gotshous ze Frising. Dar vber geben wir etc. Datum in Lok (anno domini) M. CCC. XXI., (in) die sancti Erhardi.

Notizbuch Bischof Konrads III., f. 52, Domcapitels-Bibliothek zu München; Meichelbeck II./2, 162, Nr. 251.

544.

1321, 24. April. Lack. *Die Gebrüder Konrad und Leonhard Schilher von Lack versetzen an Bischof Konrad von Freising drei Huben zu ‚Nevsaezz' um 24 Mark Agleier Pfennige.*

Wir Chûnrad Schilher vnd Lienhart (sein) brueder von Lok vergehen vnd tvn chvnt allen den die disen brief sehent oder hôrent lesen, daz wir vnserm liebem vnd genaedigen hern bischof Chvnr. von Freising vnd seinem gotshavs versatzt haben drey hvben ze Nevsaezz die vnser lehent sint von dem gotshaus, vmb vier vnd zwaintzech march Agliger (!) phenning, der wir gentzleich gewert sein von hern Johans schreiber ze Lok. Die selben drey hvben schol vnser vorgenanter herr der bischof vnd sein nachchomen mit vnserm vnd aller vnserr erben gvtem willen inne haben vnd niezzen als ander sein vrbor ze

Nevsåzz, besuochtz vnd vnbesuochtz, vntz wir oder vnser erben die vorgeschribenn drey hv̊ben reht vnd redleich gelôsen. Avch hat vns vnser vorgenanter herr der bischof die genade getan, daz wir die selben hv̊ben gelôsen mugen vmb die vorgenanten vier vnd zwaintzech march Agliger phenning an sand Georn tag, swelichs jars daz sei, die weil des niht geschiht, so schullen vnserm vorgenanten herrn dem bischof vnd dem gotshavs die selben hv̊ben gentzleich dienen vnd schullen wir damit niht ze schaffen haben. Vnd dar v̊ber ze ainem vrchvnde der warhait geben wir disen prief versigelten mit vnser baider hangenten insigel. Der prief ist geben ze Lok dv man zalt von Christ gewurt drevtzehen hvndert iar, dar nach in dem ainem vnd zwaintzigistem jar, an sand Georen tag.

Orig., Pgt., 2 anhängende Sigel, k. Reichsarchiv zu München.

545.

1321, 19. August, Wien. *Leopold von Sachsengang verkauft das (verschollene) Dorf Deindorf bei Gross-Enzersdorf an Reinbrecht von Ebersdorf um 60 Pfund Wiener Pfennige.*

Ich Levpolt von Sachsengange vnd ich Chvnigunt sein havsvrowe wir veriehen vnd tun chunt allen den die disen prief lesent oder horent lesen, die nv lebent vnd hernach chvnftich sint, daz wir mit vnser erben gutem willen vnd gunst vnd mit gesamter hant zv der zeit do wir ez wol getun mochten vnd mit vnsers lehen herren hant pischolf Chvnrades von Freysingen vnsers rechten lehen des wir von im haben gehapt, daz dorf Teymendorf vnd alles daz dar zv gehoret in vrbar, ze holtz, ze velde vnd ze dorf, ez sei gestift oder vngestiftet, versucht oder vnversucht, swie so daz genant ist, daz haben wir allessamt verchavft vnd geben mit allem dem nvtz vnd recht als wir ez in lehens gewer her pracht haben, vmb sechzich phvnt Wienner phenninge der wir recht vnd redlichen gewert sein, dem erbern herren hern Reymprechten von Eberstorf vnd seiner havsvrowen vron Katreinen vnd allen irn erben ledichlichen vnd vreilichen ze haben vnd allen irn frumen da mit ze schaffen, verchavffen, versetzzen vnd geben swem sie wellen an allen irresal. Vnd dar vber ze ayner pezzern sicherhait so setzzen wir vns ich Leopolt von Sachsengange vnd ich Chvni-

gunt sein havsvrowe vnverschaydenlichen hern Reymprechten von Eberstorf vnd seiner havsvrowen vron Katreinen vnd irn erben vber daz vorgenant gut alles ze rechtem scherme fur alle ansprache-als lehens recht ist vnd des landes recht ze Osterreiche, vnd geben in dar vber disen prief zv aynem sichtigen vrchvnde vnd zv aynem offen gezevge vnd zv ayner ewigen vestnvnge diser sache versigilten mit vnserm insigil vnd mit hern Rvdelfes insigil von Eberstorf chamrer in Osterreiche vnd mit meiner vetern insigil Hertneides von Sachsengange vnd seines prvder Rvdolfes die diser sache gezevg sint, mit ir insigiln vnd ander frome levte genvch. Diser prief ist geben ze Wienne do von Christes gebvrt waren ergangen drevzehen hvndert iar, in dem ayn vnd zwentzzigistem iare dar nach, des nachisten Mittichens vor sand Barthelmes tage.

Orig., Pgt., 4 anhängende stark verletzte Sigel, landsch. Archiv zu Wien.

546.

1322, ..., Freising. *Dechant Otto und das Capitel zu Freising ernennen den Propst Friedrich von Schliersee zu ihrem bevollmächtigten Weinpropste für das laufende Jahr und für die capitlischen Güter in Tirol.*

Nos Otto diuina permissione decanus et capitulum ecclesie Frisingensis ad vniuersorum noticiam quorum interest uel intererit, volumus peruenire quod dilectum nostrum concanonicum magistrum Fridricum prepositum Sliersensem per annum nunc presentem nostrum constituimus verum atque legittimum procuratorem, dantes eidem plenam potestatem nostro nomine colligendi redditus prediorum nostrorum sitorum in Montanis tam in vineis, quam in agriculturis aliis quibuscumque, agendi, deffendendi, litem contestandi, interlocutoriam seu locutorias ac diffinitiuam sentenciam audiendi coram quocumque iudice ecclesiastico uel ciuili in quibuslibet causis eisdem nostris prediis ingruentibus, constituendi, destituendi colonos eorundem atque omnia alia faciendi que huiusmodi procuratoribus a lege vel canone sunt concessa, eciam si mandatum exigant speciale. Promittimus etiam sub ypoteka rerum nostra(ru)m ratum et gratum nos habituros quicquid per dictum procuratorem nostrum actum siue ordinatum fuerit in premissis. In cuius rei testi-

monium et euidenciam pleniorem nostrum sigillum iudiciarium duximus presentibus appendendum. Datum Frisinge, anno domini millesimo CCC. XX. secundo.

Orig., Pgt., anhängendes Sigel in Fragment, k. Reichsarchiv zu München.

547.

1323, 6. Jänner, Ulmerfeld. *Siegfried Hůrnein quittirt dem Freisinger Domherrn Emcho von Alzay die Vergütung seiner im Dienste weiland Bischof Konrads von Freising gehabten Auslagen.*

Ich Seifrid Hv̊rnein vergih vnd tůn chunt allen den die disen brief sehnt oder hôrnt lesen, daz ich mit dem erbern herren hern Emchen von Alczey chorherren vnd pfleger des gotshaus ze Frising gar vnd ganczlich von seinen wegn an des gotshv̊s stat beriht bin alles des dienstes vnd schadens den ich weilent mînem herren bischof Chůnrat von Freising getan vnd gehabt han, die rays mit im auf varend gen Bayrn, vnd verczeih mich fůrbaz aller ansprach fůr mich vnd fůr alle mein erben vmb die selben sache, vnd dar vmb hat mir der vorgnant her Emch von des gotshv̊s wegn ze disen zeiten v̊ber ander gab die ich vormaln enpfangen han, gebn ze ergeczung aht pfunt Wienner pfenning. Dar v̊ber gib ich disen brief versigelten mit hern Chůnrats des burgrafen von Sevsenek insigel vnd mit dem meinselbes. Des sint gecziuge der vorgnant her Chůnrat, her Alram der rihter ze Amsteten, Gôtfrid Anuelt burgraf ze Vdmaruelt, Gôtfrid rihter von Chůnratshaym, Marquart der Lůhsneker, Perhtold von Naeunhouen vnd ander piderb levt. Der brief ist gebn ze Vdmaruelt, do man zalt von Christes geburt dreuczehn hundert jar vnd dar nach in dem dritten vnd zwainczkisten iar, an dem Perhten tag.

Orig., Pgt., von 2 angehängten Sigeln nur Nr. 2 vorhanden, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

548.

1323, 3. Februar, Waidhofen. *Ulrich Schikch quittirt dem Freising. Domherrn Emch von Alzei den Ersatz seines im Dienste weiland Bischof Konrads von Freising erlittenen Schadens.*

Ich V̊lreich Schikch vergih vnd tůn chunt allen den die disen brief sehnt oder hôrent lesen, daz ich nach der erbern manne Gôtfrides von (!) Anuelt vnd Marquardes von Lůhsnekk schidung, taiding vnd berihtigung gar vnd gaenczlich von des gotshovs wegen von Freising verriht vnd gewęrt bin aller meiner dienst vnd schaden die ich weilent meinem herren bischof Chůnraden auf gen Bayrn getan han, vnd verczeih (mich) fůrbaz aller vordrung vnd ansprach fůr mich, fůr alle min erben, frevnt oder diener vnd besunderlich fůr Ö̊rtlein der die selbn rays gen Freising mein diener was mit einem armbrust, fůr den selbn ob er daz gotshv̊s mit dem rehten an spraech, gehaiz ich daz gotshůs ze vertretten vnd ze verantwrten, wolt aber er můt willn vnd anders denne mit dem rehten daz gotshv̊s pfrengen, daz sol ich vndersten mit leib vnd mit gůt, als verre ich mach. Vnd dar vmbe paidev fůr mein dienst vnd schaden, mein vnd meins vorgnanten diener, swie wir die enpfangen habn in des gotshv̊s dienst an rossen oder andrer habe, han ich enpfangen von dem erbern herren hern Emchen von Alczey chorherren vnd pfleger des gotshv̊s ze Frising fůmf vnd zwaeinczich pfunt Wienner pfenning von des gotshv̊s wegen an andern meinen solt des ich vor malen von dem bischof beriht wart. Dar v̊ber gib ich disen brief versigelten mit meinem insigel vnd ze bezzerr gewarhait mit der erbern herrn Haertneids des Chv̊liber vnd hern Chůnrats des burgrauen von Sevsenek insigeln die si durch mein bet an disen brief gehengt habnt. Des sint auch geczevge her Alrman (!) rihter ze Amsteten, die vorgnanten Gôtfrid Anuelt vnd Marquart Lůhsniker, Perhtolt von Naenhouen, Chůnrat der rihter von Waidhouen vnd ander erber levt. Der brief ist gebn ze Waidhouen an sand Blasien tag, do man zalt von Christes geburt dreuczehn hundert jar, dar nach in dem dritten vnd zwainczgisten jar.

Orig., Pgt., von 3 angehängten Sigeln nur Nr. 2 und 3 verletzt vorhanden, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

549.

1323, 3. Juni, Ulmerfeld. *Otto Windischendorfer verkauft sein Lehen zu Schnotzendorf bei Amsteten an den freisingischen Pfleger und Chorherrn Emicho von Alzei um 10 Pfund alter Wiener Pfennige.*

Ich Ott Windischendorfer mit samt meinen geswistrôden Volchmarn, Weymarn, Johansen, Margreten, Liebgarden vnd Katherein vergihe vnd tůn chunt allen den die disen brief sehent oder hôrnt lesen, daz ich reht vnd redleich mit gůtem willen aller meiner geswistrede verchauffet vnd gegebn han dem ersamen herren hern Emchen von Alczey chorherren vnd pfleger des gotshovs ze Freising an eins bischofs stat mein hv̊b vnd mein lehen dacz Snoczendorf dev ich von dem gotshovs ze Freising ze lehen han gehabt, vmb zehen pfunt alter Wienner pfenning der ich ganczlich gewert bin, vnd han im dev selben gůt ovf gebn, besůht vnd vnbesůht, mit allem dem daz dar zů gehôrt. Doch hat er mir die genade getan, daz ich oder mein geswistrôd dev selben zway gůt wider chavffen mv̊gen vmb zehen pfunt pfenning von sant Michels tag der schirst chvmt, inner vier iaren, ye des iares vîrczehn tag vor sand Michels tag oder vîrczehn tag hin nach, vnd sol auch ich dev selbn zwai gůt die weil inne habn vnd sol meinem herren dem bischof allev iar an sant Michels tag da von dienen hincz Vdmaruelt ein pfunt newer pfenning an wider rede, vnd ist daz ich oder mein geswistrôd dev vorgenanten zway gůt wider chauffen in den vîr iaren, vîrczehn tag vor sant Michels tag, so sol ich dennoch den vorgenanten dienst an sant Michels tag nah der losung gebn, ist aber daz dev losung nah sant Michels tag geschiht vîrczehn tag, so ist man dar nah dehaeins dienstes schuldich. Waer aber daz ich noch mein geswistrôde in den vorgnanten vîr jaren niht widerchavften, so habnt sich dev vorgeschriben hůb vnd lehen veruallen meinem herren dem bischof vnd dem gotshovs aigenlich vnd ewichleich, also daz ich noh mein geswistrôd dehaein ansprach da nah habn sůlln. Vnd dar v̊ber gib ich disen brief versigelten mit Marquardes des Lůhsneker, mit Hermans Haesibs vnd mit Chůnrats des Proter insigeln, wan ich selb aigens insigels niht han. Der brief ist gebn ze Vdmarueld, do man zalt von Christes gebvrt dreuczehn

hundert iar, dar nah in dem dritten vnd zwainczgisten iar, an sant Erasmen tag.

Orig., Pgt., 3 anhängende Sigel, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

550.

1323, 29. October, Lack. *German der Stôrenwirt beurkundet in seinen Forderungen an das Bisthum Freising, aus geleisteten Diensten und erlittenen Schäden stammend, vollständig befriediget worden zu sein.*

Ich German der Stôrenwirt vergih offenleich an disem prief vnd tv̂n chunt allen den die in sehent oder horent lesen, daz mich mein lieber herr her Emch von Altzey chorherr vnd phleger des gotshavs ze Freising schon vnd gentzleich avz geriht hat meines dienstes den (ich) meinem herrn sâligem bischof Chvnrad vnd seinem gotshavs ze Freisingen getan han, vnd auch alles des schaden (den) ich in dem dienst enphangen han, daz ich noch mein erben furbaz gegen dem gotshavs ze Freisingen chain anspra(che) noch fordrung dar vmb n̂mer haben schullen. Auch offen ich daz, daz ich die ansprach die Ôsel gehabt hat (vmb) einen hengst dar auf er tails gegehen (!) hat, auch auf mich genomen han, also daz ich daz gotsha(vs ze) Freisin(gen) gen Ôslein vertreten wil. Daz daz also stât vnd vnuerbrochen beleibe, gib ich disen offen prief besigelt (mit m)eins ôheims hern Marquarts von Pilchgratz hangentem insigel der ez durch mein pet dar an gelegt hat, vnd (auch) mit meinem hangentem insigel. Der prief ist geben ze Lok dv von Christes geburt ergangen waren drevzehen hvndert iar dar nach in dem dritem vnd zwaintzigistem iar, des Samstags vor aller heiligen tag.

Orig., Pgt., lückenhaft und vermorscht, von 2 angehängten Sigeln nur Nr. 2 als Fragment vorhanden, k. Reichsarchiv zu München.

551.

1323, 19. November, Oberwelz. *Dechant Otto von Freising und andere Genannte vergleichen in nicht näher bestimmter Angelegenheit zwischen dem Burggrafen Friedrich von Oberwelz und den Bürgern daselbst.*

Wir Ott techant, Emch von Alczay pfleger des goczhaus ze Frising, vnd Ott von Liehtenstayn chamrer in Steyr veriehen offenlich mit disem brief allen den dy in sehent oder horent

lesen, daz der erber man her Friderich von Welcz an ainem tayl vnd dy purger von Welcz an dem andern tayl alle dy chrieg vnd veintschafft dy zwischen in gewesen sint an vmb Peklein ayn der Ottlin gewunt hat (!!), an vns gesaczt habent vnd vns gelobt habent bey iren trewn staet ze haben swaz wir dar vber sprechen, hab wir di selben chrieg also verriht vnd sprechen daz her Friderich fur sich vnd fur alle sein freunt aller purger von Welcz vnd ouch ouzzer leut dy des gotshaus von Frising sint, gůt frevnt sein sol, sullen dy vorgenanten purger vnd ouch ouzzer dy des gotshaus sint, hern Friderich da mit pezzern daz si zwainzich march Friescher pfenning geben sullen vor Vnser frowˆn tag ze der Lie(htmess) der schierst chvmt, da sol man vmb chouffen ein march gult da mit man widem(e ein e)wigez lieht vor vnsers hern levchnamen in dem goczhaus ze Welcz, sol daz selb lieht herm (Friderich) vnd seiner housfrowˆn frown Jauten ewichlichen prinnen, ir bayder leib ze eren vnd (in ze ewich)lichem hayl. Swaz der pfenning wirt vber dy march gult dy man von den zwaincz(ich march) pfenning chouffet, da sol man gult vmb chouffen dy der pfarrer von Welcz inn hab(en vnd niessen sol vnd so)l, der pfarrer oder ein priester an seiner stat darumb alle wochen ein mess singen (vnd sprech)en in sand Niclos chapell herm Friderich vnd seiner housvrown vrown Jevten sel zege(tzunge?). Ez sol auch der pfarrer von Welcz herm Friderich vnd frown Jevten bevilt begen s(wenne seu?) ab leib wirt, mit vigily vnd selmess. Daz daz herm Friderich vnd frown Jeuten ewichlich staet beleib, dar vber sol im der pfarrer seinen prief geben mit seinem insigel vnd mit der stat insigel als ez vormal verriht ist zwischen herm Friderichen chneht Berhtolten vnd Vllein vnd Ernsten Paben chneht vnd purger von Welcz vmb ir wunten, also sol ez noch staet beliben. Ich Friderich von Welcz burgraf daselb vnd wir dy gemayn purger von Welcz veriehen mit disem prief daz wir gern allez daz staet haben wellen daz dy obgenanten herrn gesprochen habent als der prief sayt, haben dar vber vnserev insigel mit sampt der vorgenanten herrn insigel an disem prief gelegt. Daz ist geschehen ze Welcz an sand Elspeten tag, do man zalt von Christes gepurd drevtzehenhundert jar, dar nach in dem dryn vnd zwainczigistem iar.

Orig., Pgt., sämmtliche Sigel abgerissen, k. Reichsarchiv zu München.

552.

1324, 7. Jänner (?), Wien. *Ulrich der Jüngere von Perneck quittirt dem freising. Domherrn Emch von Alzei die Vergütung seines im Dienste weiland Bischof Konrads von Freising erlittenen Schadens.*

Ich V̊lreich der iung von Pernekk vergich offenbar an disem brief vnd tûn chunt allen den di in sehent oder hôrnt lesent (!), daz ich gûtleich vnd liebleich beriht pin von schidung der erbern herren hern Otten von Liehtenstein chamrer in Steyr vnd hern Raeinprehtes von Eberstorf vmb allev vôdrung vnd ansprach die ich gegen dem gotshûs ze Freysing gehabt han vmb meinen dienst, den ich bischof Chûnrat ze Freysing dem got genad, gen Bayren getan het, vnd dar vber habnt mir die ersamen herren her Ott der techant vnd Emch von Alczey phleger des gotshv̊ss ze Freysing gegebn fûmf vnd zwainzich phunt Wienner phenning der ich gar vnd ganczleich beriht vnd gewert pin, vnd dar v̊ber gib ich disen brief ze einem v̊rchûnd versigelten mit des vorgenanten hern Raeinprehts von Eberstorf insigl, wan ich aigns insigls niht enhan. Daz ist geschehen ze Wienen, da man zalt von Christes gepûrt tausent jar, drevhundert jar vnd vier vnd zwainzich jar, an sand Valenteins tag.

Orig., Pgt., anhangendes verletztes Sigel, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

553.

1324, 24. Februar, Ulmerfeld. *Friedrich von Linden reversirt gegen das Bisthum Freising betreffs des auf fünf Jahre ihm überlassenen Hofes zu Gstad bei Amstetten.*

Ich Friderich von Lintach vergih mit disem brîf, daz mîr di ersamen hern her Otte der techant vnd her Emch von Alczay pfleger des gotshous ze Frisingen yn geantûrt vnd gelazzen habent den hoff dacz Stad daz ich den von des gotshous wegen verwesen vnd verdienen sol, mit sôlher bescheidenheit wan si mîr îcz̊ ze samen gelihen habent auz dem chasten ze Vdmaruelt dreyzich meczen rokken vnd fûmfczich meczen habern chastenmaz des mih Pernhart der chastner ze Vdmaruelt periht hat, da von ich iaerchleich dienen sol hin vmb ze

iar vnd niht an dem iare daz nv nehst chůmftig ist, in den chasten ze Vdmaruelt fůmf vnd dreyzich meczen rokken vnd vîrczich meczen habern lantmaz, vnd dar zv̂ chleinen dienst zwaey hůnner vnd ayer vnd den selben chleinen dînst sol ich hin vmb ze Ôstern die ze nehst nah disen Ôstern choment, dienen vnd den grôzzen dînst dar nach ze sand Mychels tag der nah den selben Ostern chůmftig ist. Mîr habent auch mein vorgenanten hern den vorgeschriben hoff enpfolhen div nehsten fůmf iar nah ein ander daz ich ierchleichen da von dienen sol den dienst der oben geschriben stet, nach den fůmf iaren hat mein herre der bischof von Frisingen vnd daz gotshous gůten gewalt vnd reht den selben hoff ze Stad ze lazzen vnd ze enpfelhen mîr oder einem anderm, swî seinen genaden wol geuellet vnd in gůt dunchet, also daz ich vnd mein erben dheins rechtes dar aůf niht iehen. Swenn ich von dem hoff gesten, ez sei inner den fůmf iaren oder darnach, so sol ich gen Vdmaruelt in den chasten wider anturten als vil chorens vnd habern als mîr ze samen dar aůf gelihen ist, als hie vorgeschriben stet. Daz in daz staet beleib gib ich disen offen brîf fůr mih vnd fůr alle mein erben mit Marquardes des Lůchsnekker vnd Hermans des Hesibs vnd mit Otten vnd Nyclaus der Chamrer di beide mein vettern sint, insigeln wol versigelten ze einem vrchůnd diser sache. Daz ist auch geschehen ze Vdmaruelt, do von Christes gepůrd ergangen waren drevzehen hundert iar, darnach in dem vîr vnd zwaynczigistem jare, an sand Mathyas abent.

Orig., Pgt., von 3 angehängten Sigeln nur Nr. 1 und 2 verletzt vorhanden, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

554.

1324, 21. Juni, ... *Alram von Reikersdorf, Richter zu Amstetten, als Gewaltträger Alheits von Frieberstetten, seiner Mündel, verkauft deren Gut zu Frieberstetten dem Bisthume Freising um 50 Pfund alter Wiener Pfennige.*

Ich Alram von Reykerstorf richter ze Amsteten vergih an disem brîf vnd tůn chunt allen den die in an sehent oder hôrnt lesen, daz ich mit gůtlichem willen iunchfrawn Alheiten Fridreichs des Fribrechsteter tochter die ich inne han, vnd

nach rat vnd wol verdachtem mût aller irrer friund verchouffet vnd hin geben han alles daz gût daz si gehabt hat ze Fribrechsteten, pesûcht vnd vmbesûcht (!), von ires vorgenanten vater Fridreichs vnd irrer mûtter Gerdrauten wegen, des gotshous amptleuten von Freising vmb fûmfczich pfunt alter Winner pfenning der mich Pernhart der chastner von Vdmaruelt gaenczlich gewert hat von des gotshous wegen von Freising, vnd hat auch die vorgnante iunchfrawe Alheit daz selbe gût aûf geben den amptleuten ledichleichen vncz an einen chûmpftigen bischof, swenn der zv dem lande chumt so sol si im daz gût aûf geben als vol recht sein aigenhafts gût vnd sol auch fûrbaz dhein ansprach darnach haben. Vnd daz daz staet beleib, gib ich disen offen brîf mit meinem insigel vnd ze einer pezzeren gewarheit mit des erbern mannes hern Wernhartes von Schafferuelt insigel versigelten. Des sint auch geczeug Gôtfrid der landrihter von Chûnratsheym, Marquard der Lûchsnekker, Hermann der Hesib, Pernhard der chastner, Otte der Taeuschelman, Chûnrad der Taeutter purger ze Amsteten vnd ander erber leute genûg. Daz ist auch geschehen do man zalt von Christes gepûrd dreuczehen hundert jar, darnach in dem vîrden vnd zwainzigistem jare, des naehsten Pfincztags vor sant Johannes tag des taeuffer.

Orig., Pgt., 2 anhängende verletzte Sigel, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

555.

1324, 9. August, Waidhofen. *Konrad Gûtman, Richter zu Holenburg, gibt dem Propste Emich von Alzei zu Wörthsee einen Schuldschein über 40 Pfund Wiener Pfennige.*

Ich Chûnrat Gûtman rihter ze Holenburch vergih vnd tûn chunt allen den die disen brief sehent oder hôrnt lesen, daz mir mein lieber herre her Emch von Altzey probst ze Werdse gelihen hat vîrtzich pfunt alter Wienner pfenning die ich mit gantzer zal von im enpfangen han vnd gehaizz im die selben vîrtzich pfunt wider ze gelten vnd ze weren swenn er si an mich vordert, er selbe oder mit seinem offenn brief, so sol ich im der selben pfenning rihten inner vîrtzehen tagn. Swa ich in dar an savmet vnd swelhen schaden er des naem an Juden oder an Christen, den sol ich im ab tûn, vnd setz

im dar vmb zv mîr ze porgen Gôtfriden den landrihter ze Chv̂nratshaeim der auch mit samt mir selbschol ist vmb daz vorgenant gût vnd mit mir dar vmb gehaizzen hat, vnd ze einem vrchv̂nd gebn wir paide disen brief versigelten mit vnser baider insigeln. Daz ist geschehn ze Waydhouen, do man zalt von Christes gebvrt dreutzehn hvndert jar vnd dar nah in dem vîrden vnd zwaintzgisten iar, an sand Lavrentzin abent.

Orig., Pgt., 2 anhängende Sigel, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

556.

1324, 8. November, Avignon. *Papst Johann XXII. ernennt den Albert Griessemberger zum Pfarrer zu Waidhofen.*

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio Alberto dicto Griessemberger rectori parrochialis ecclesie in Waidhouen Patauiensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sedis apostolice prouidencia circumspecta personarum qualitatem considerans, illas non inmerito munificentia sue liberalitatis attolit quibus ad id propria merita fidedignorum adiuta testimoniis conspicit laudabiliter suffragari. Cum itaque parrochialis ecclesia in Waidhouen Patauiensis diocesis per liberam resignationem dilecti filii Alberti de Enna Brixinensis (diocesis) tunc Frisingensis electi, olim ipsius ecclesie rectoris in manibus dilecti filii nostri Arnoldi sancti Eustachii diaconi cardinalis apud sedem predictam sponte factam et ab eodem cardinali de mandato nostro sibi super hoc facto oraculo uiue uocis admissam apud eandem sedem uacare noscatur ad presens nullusque de illa preter nos hac uice disponere possit, pro eo quod nos diu ante uacationem huiusmodi omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud dictam sedem quocunque modo uacantia et imposterum uacatura collationi et dispositioni nostre specialiter reseruantes, decreuimus extunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingeret attemptari, nos uolentes tibi tuorum meritorum obtentu super quibus apud nos fidedignorum testimonio commendaris, gratiam facere specialem, predictam parrochialem ecclesiam sic uacantem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica tibi

auctoritate conferimus et de illa etiam prouidemus, decernentes prout est, irritum et inane si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter attemptatum forsan est hactenus uel imposterum contingeret attemptari, non obstantibus si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de parrochialibus ecclesiis uel aliis beneficiis ecclesiasticis in dicta diocesi speciales uel in illis partibus generales dicte sedis uel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem, reseruationem et decretum uel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecucione dicte parrochialis ecclesie te uolumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem aliorum (!) ecclesiarum et beneficiorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro . . . episcopo Patauiensi uel quibusuis aliis communiter uel diuisim ab eadem sit sede indultum quod ad receptionem uel prouisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de ecclesiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis, ad eorum collationem, prouisionem seu quamuis aliam dispositionem coniunctim uel separatim spectantibus nulli ualeat prouideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam uel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gracie impediri ualeat quomodolibet uel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu quod in ecclesia Beronensi Constantiensis diocesis sub expectatione uacature prebende in canonicum es receptus et quod beneficium ecclesiasticum cum cura uel sine cura ad collationem uel presentationem dilectarum in Christo filiarum . . . abbatisse et capituli secularis ecclesie Segoniensis dicte Constantiensis diocesis communiter uel diuisim pertinens per earum certi tenoris litteras te asseris expectare, quas litteras et omnem earum effectum prout sunt, irritas decernimus et inanes et nullius deinceps penitus existere uolumus roboris uel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre collationis, prouisionis, constitutionis et uoluntatis infringere uel ei ausu temerario contraire, siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incur-

surum. Datum Auinionis, VI. idus Nouembris, pontificatus nostri anno nono.

E. de Valle. A. Raynaldi.

Orig., Pgt., anhängende Bulle, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

557.

1324, 8. November, Avignon. *Papst Johann XXII. ertheilt den Äbten von Admont und Seitenstetten, dann seinem Capellan Johann Pfefferhard den Auftrag, den von ihm zum Pfarrer zu Waidhofen bestellten Albert Griessemberger daselbst einzuführen.*

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis . . . in Agmundia et . . . in Sitesteten Patauiensis diocesis monasteriorum abbatibus ac magistro Johanni Pfefferhardi canonico Constantiensi capellano nostro salutem et apostolicam benedictionem. Sedis apostolice prouidentia circumspecta personarum qualitatem considerans, illas non inmerito munificentia sue liberalitatis attollit quibus ad id propria merita fidedignorum adiuta testimoniis conspicit laudabiliter suffragari. Cum itaque parrochialis ecclesia in Waidhouen Patauiensis diocesis per liberam resignationem dilecti filii Alberti de Enna Brixinensis (diocesis) tunc Frisingensis electi, olim ipsius ecclesie rectoris in manibus dilecti filii nostri Arnaldi sancti Eustachii diaconi cardinalis apud sedem predictam sponte factam et ab eodem cardinali de mandato nostro sibi super hoc facto oraculo uiue uocis admissam apud eandem sedem uacare tunc nosceretur nullusque de illa preter nos ea uice disponere potuerit, pro eo quod nos diu ante uacationem huiusmodi omnes parrochiales ecclesias ceteraque beneficia ecclesiastica tunc apud dictam sedem quocunque modo uacantia et imposterum uacatura collationi et dispositioni nostre specialiter reseruantes, decreuimus ex tunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingeret attemptari, nos uolentes dilecto filio Alberto dicto Griessemberger rectori parrochialis ecclesie predicte, suorum meritorum obtentu super quibus apud nos fidedignorum testimonio commendatur, graciam facere specialem, predictam parrochialem ecclesiam sic uacantem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis apostolica eidem Alberto auctoritate contulimus et de illa etiam prouidimus, decernentes

prout erat, irritum et inane si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter attemptatum forsan esset hactenus uel imposterum contingeret attemptari, non obstantibus si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de parrochialibus ecclesiis uel aliis beneficiis ecclesiasticis in dicta diocesi speciales uel in illis partibus generales dicte sedis uel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem, reseruationem et decretum uel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus in assecutione dicte parrochialis ecclesie predictum Albertum uoluimus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem aliorum (!) ecclesiarum et beneficiorum preiudicium generari seu si venerabili patri nostro . . . episcopo Patauiensi uel quibusuis aliis communiter uel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem uel prouisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint, quodque de ecclesiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem seu quamuis aliam dispositionem coniunctim uel separatim spectantibus nulli ualeat prouideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali uel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam nostris litteris non expressam uel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gracie impediri ualeat quomodolibet uel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in eisdem nostris litteris mentio specialis, seu quod prefatus Albertus in ecclesia Beronensi Constantiensis diocesis sub expectatione uacature prebende in canonicum est receptus et quod beneficium ecclesiasticum cum cura uel sine cura ad collationem uel presentationem dilectarum in Christo filiarum . . . abbatisse et capituli secularis ecclesie Segoniensis dicte Constantiensis diocesis communiter uel diuisim pertinens per earum certi tenoris litteras dictus Albertus se asserit expectare, quas litteras et omnem earum effectum prout sunt, irritas decreuimus et inanes et nullius deinceps penitus existere uoluimus roboris uel momenti. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus uos uel duo aut unus uestrum per uos uel per alium seu alios eundem Albertum uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem dicte parrochialis ecclesie in Waidhouen, iurium et pertinentiarum eiusdem inducatis auctoritate nostra et defendatis in-

ductum amoto ab ea quolibet detentore facientes sibi de ipsius ecclesie fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuentionibus uniuersis integre responderi, non obstantibus omnibus supradictis seu si prefato episcopo uel quibusuis aliis communiter uel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Datum Auinionis, VI. idus Nouembris, pontificatus nostri anno nono.

E. de Valle. A. Raynaldi.

Orig., Pgt., anhängende Bulle, k. k. geh. Haus-, Hof- und Staatsarchiv zu Wien.

558.

1324, 14. December, Avignon. *Johann Pfefferhard, Chorherr von Constanz und päpstlicher Caplan, beauftragt unter Insertion der betreffenden Bullen den Bischof . . . von Passau, den vom Papste zum Pfarrer zu Waidhofen bestellten Albert gen. Griessemberger in seine Pfarre einführen zu lassen.*

Reuerendo in Christo patri domino . . . dei gracia episcopo Patauiensi et omnibus aliis et singulis quorum interest uel intererit et quos infrascriptum negotium tangit uel tangere poterit quomodolibet infuturum, Johannes Pfefferhardi canonicus ecclesie Constantiensis domini pape capellanus, executor ad infrascripta una cum infrascriptis collegis nostris a sede apostolica deputatus salutem in domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Litteras sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis diuina prouidentia pape xxii. presentatas nobis coram notario et testibus infrascriptis pro parte discreti viri Alberti dicti Griessemberger rectoris parrochialis ecclesie in Waidhouen Patauiensis diocesis, unam cum filis sericis et aliam cum filo canapis et ueris bullis plumbeis ipsius domini pape bullatas, non uitiatas, non cancellatas, sed omni uitio et suspictione (!) carentes nos recepisse noueritis quarum litterarum, illius uidelicet cum filis sericis tenor sic incipit:

Folgt nun die Bulle ddo. 1324, 8. Nov., Avignon (Nr. 556), die Verleihung der Pfarre Waidhofen an Albert gen. Griessemberger betreffend.

Item tenor alterius, uidelicet cum filo canapis tenor sic incipit:

Folgt nun ein Auszug des päpstlichen Auftrages ddo. 1324, 8. Nov., Avignon (Nr. 557), an die Aebte von Admont und Seitenstetten, betreffend die Einführung des oben bestellten Pfarrers.

Quibus quidem litteris receptis, uisis et diligenter inspectis ipsas coram nobis legi fecimus per notarium memoratum et pro parte dicti Alberti fuit nobis humiliter supplicatum, ut ad executionem predicti mandati apostolici procedere deberemus iuxta traditam seu directam a sede apostolica nobis formam. Nos igitur Johannes executor prefatus, uolentes ad instantiam ipsius mandatum apostolicum supradictum nobis in hac parte directum reuerenter exequi ut tenemur, eundem Albertum in corporalem possessionem eiusdem parrochialis ecclesie in Waidhouen, in quantum et prout ex forma dictarum litterarum apostolicarum possumus, inducimus et discretum virum Nicolaum Alaniliene (?) eius nomine per nostrum birretum de dicta ecclesia presentialiter inuestimus ac eundem Albertum uel procuratorem suum predictum eius nomine in huiusmodi corporalem possessionem ipsius ecclesie iuriumque et pertinentiarum ipsius decernimus personaliter inducendum, amouentes et amoueri decernentes exinde quemlibet detentorem, monemus quoque tenore presentium pro primo, secundo et tercio peremptorie generaliter omnes et singulos supradictos et alios quorum interest uel intererit, cuiuscunque status, gradus, ordinis uel conditionis existant et quos presens negotium tangit aut tangere poterit quomodolibet infuturum, uobisque et uestrum cuilibet in uirtute sancte obedientie auctoritate qua fungimur, et sub excommunicationis pena districte precipiendo mandamus, quatinus infra sex dierum spatium a presentatione seu denunciatione presentium uobis facta immediate sequentes, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos uobis uniuersis et singulis pro tertio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus, eundem Albertum uel procuratorem suum eius nomine in rectorem predicte ecclesie in Waidhouen sibi per dictum dominum papam collate recipiatis et etiam admittatis ipsumque permittatis pacifica illius iurium et pertinentiarum eius possessione gaudere ac eidem Alberto uel dicto eius procuratori pro eo de ipsius ecclesie fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuentionibus uniuersis, prout ad uos et

uestrum quemlibet communiter uel diuisim pertinet, integre respondere faciatis, nec eidem Alberto quominus predictam ecclesiam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis integre ac pacifice assequatur et pacifice ualeat possidere, impedimentum aliquod prestetis per uos uel alium seu alios publice uel occulte, nec impedientibus ipsum Albertum super premissis in aliquo aut impedientibus ipsum dantes scienter auxilium, consilium uel fauorem, nisi infra predictum terminum a die scientie computandum a contradictione, rebellione, impedimento, turbatione, auxilio, consilio et fauore huiusmodi omnino destiteritis et mandatis nostris immo uerius apostolicis in hac parte cum effectu non parueritis, exnunc prout extunc in hiis scriptis singulariter in singulos canonica monitione premissa excommunicacionis sententiam promulgamus. Vobis uero domine episcope, quem ob reuerentiam uestre dignitatis nolumus prefatis nostris sententiis sic ligari si contra premissa uel aliquod premissorum feceritis publice uel occulte, exnunc prout extunc prefata monitione premissa ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis, si uero predictum interdictum per alios sex dies prefatos sex immediate sequentes substinueritis in non reuocando quod contra premissa feceritis, vos eadem monicione premissa in hiis scriptis suspendimus a diuinis, verum si prefatas interdicti et suspensionis sententias per alios sex dies prefatos xii immediate sequentes substinueritis quod absit, animo indurato, eadem monitione premissa in hiis scriptis, quia crescente contumacia crescere debet et pena, vos exnunc prout extunc excommunicationis sententia in(n)odamus, absolucione omnium et singulorum qui suprascriptas et infrascriptas nostras sententias uel earum aliquam incurrerint, quoquomodo nobis et superiori nostro tantummodo reseruata. Prefatas quoque litteras apostolicas et hunc nostrum processum uolumus penes eundem Albertum uel procuratorem suum remanere et non per uos uel uestrum aliquem aut quemuis alium extraneum contra ipsius Alberti uel eius procuratoris uoluntatem quomodolibet detineri, contrarium uero facientes prefatis sententiis per nos latis ipso facto prefata canonica monitione premissa uolumus subiacere. Mandamus tamen eidem Alberto et procuratori suo ut uobis, si petieritis, faciant uestris tamen sumptibus, copiam de premissis. Ceterum cum ad executionem huiusmodi ulterius faciendam non possimus quo ad presens inibi personaliter interesse,

aliis in Romana curia negotiis prepediti, venerabilibus viris dominis . . . decano et . . . thesaurario Ardacensi ac . . . plebano in Wienna diocesis Patauiensis ecclesiarum, quibus et eorum cuilibet insolidum super executione predicti mandati apostolici et nostri tenore presentium committimus uices nostras donec eas ad nos duxerimus reuocandas, eis et singulis eorum auctoritate qua fungimur in hac parte sub excommunicationis pena quam exnunc predicta monitione premissa in eos et eorum quemlibet ferimus in hiis scriptis, si ea que eis in hac parte committimus, neglexerint aut contempserint contumaciter adimplere, districte precipiendo mandantes, quatinus ipsi uel eorum alter qui a predicto Alberto uel eius procuratore fuerit requisitus, ad dictam parrochialem ecclesiam in Waidhouen personaliter accedentes et predictas litteras apostolicas et hunc nostrum processum et omnia et singula in eis contenta ad illorum quorum interest uel intererit, in predicta ecclesia et alibi prout expediens fuerit, notitiam deducentes et eundem Albertum uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem eiusdem ecclesie ac vniuersorum iurium et pertinentiarum eius auctoritate nostra immo potius apostolica inducant et defendant inductum, amoto ab ea quolibet detentore quem nos exnunc etiam ammouemus et denunciamus amotum, sibique faciant uel eidem procuratori pro eo de ipsius ecclesie fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuentionibus uniuersis plene et integre responderi, et nichilominus omnia et singula nobis in hac parte commissa prout et quando expediens fuerit, plenarie exequatur, ita tamen quod in preiudicium dicti Alberti nichil ualeat attemptare, nec circa suprascriptas sententias per nos latas absoluendo uel suspendendo aliquid immutare, et si contingat nos in aliquo super premissis procedere, non intendimus propter hoc commissionem predictam in aliquo reuocare, nisi de reuocacione huiusmodi specialis et expressa mentio habeatur. Per processum autem huiusmodi nolumus, nec intendimus nostris preiudicare collegis quominus ipsi uel eorum alter, seruato tamen hoc nostro processu, possint in huiusmodi negotio procedere prout ipsis uel eorum alteri uisum fuerit expedire. In quorum omnium testimonium et predicti Alberti cautelam presens instrumentum publicum seu processum per notarium infrascriptum scribi et publicari mandauimus et nostri sigilli appensione muniri. Datum et actum Auinionis in hospicio

